sit ꝑ īuocationẽ scti noĩs tui sctificata. vt vbicũqꝫ fu-
m⁹ ei⁹ ꝑuenerit: extricet ⁊ effuget oẽ gen⁹ demonioꝝ
sicut icẽsũ iecoris piscis quẽ raphael archãgel⁹ tobiã
famulũ tuũ docuit: cũ ascẽdit ad sare liberationẽ per

Descẽdat bñdictio tua xp̄m dñm nr̃m. Orem⁹.
dñe sup hãc spẽm icensi ⁊ thimiamatis: sicut ĩ
illo die de quo dauid ꝓpheta tu⁹ cecinit dicẽs. dirigat
orõ mea sicut icensũ ĩ ꝯspectu tuo. sit nobis odor ꝯso-
latiõis suauitatis ⁊ grẽ: vt fumo isto effuget oẽ fãtas
ma īimici mẽtis ⁊ corporis: vt sim⁹ pauli apli voce bo
nus odor deo. Effugiãt a facie hui⁹ icẽsi ⁊ thimiama-
tis: oẽs demoĩs icurs⁹: sicut puluis a facie vẽti: ⁊ sicut
a facie ignis. Presta hoc piissime p̄r boni odoris icẽsũ
ad op⁹ eccl̃e tue ob causã religiosis iugit̃ ꝑmanere. vt
mistica nobis significatiõe spũaliũ virtutũ fragrãs
ostẽdat odor suauitatẽ. Tua ergo q̃s omꝑs de⁹ imẽse
maiestatis dextra hãc creaturã bñ ✠ dicere ex diuersa
rũ rerũ ꝯmixtiõe cõfectã dignare: vt ĩ virtute scti tui
noĩs oẽs ĩmũdoꝝ spũuum fãtatiscos icurs⁹ effugare:
oẽsqꝫ morbos reddita sanitate expellere. vt vbicunqꝫ


fumꝰ aromatū eiꝰ afflauerit: mirabilit possit atq3 in odoze fragrātissimo tibi ppetua suauitate redolere. per xpm dnm nrm. Amē. Postea impleat thuribulū de carbonib3 cū incēso: ꝛ incēset nouꝰ ignis: dein accēdatur cereꝰ sup hastā de nouo igne: ceteris luiarib3 pꝰ extīctis: ꝛ redeat pcessio moze solito i choz. In redeūdo duo clerici de scda forma in suppelliciis post sacerdotē incedētes: cātent hos vsus sequētes hoc modo.



Inuētoz rutuli dux bone luminis q certis vici



bus tēpoza diuidis merso sole chaos in gruit hozri




Chozꝰ idē repetat pꝰ vnūquēq3


dum lucē redde tuis xpe fideli b3. v. clerici v. Quā



uis innumero sydere regiā lunariq3 polū lāpade pīre



ris incussu cilicis lu mina nos tamē mōstras saxi



geno semine qre re. Ne nesciret homo spē sibi lu

minis in christi solido corpore conditam qui dici

stabilem se voluit petrã nostris igniculis vn

de genus ve nit. Splendent ergo tuis mune

ribus pater flammis mobilibus scilicet atria ab-

sentemq; diem lux agit emula quã nox cum la

cero victa fugit pe plo. Per quẽ splẽdor honor


laus sapientia maiestas bonitas et pietas tua re-

gnum contineat nu mine triplici texẽs purpureis




secula secu lis.


Quo cãtato sequatur bñdictio cerei paschal' ab ipo diacono ad pces. Induto: post acceptã bñdictionẽ ad boria lẽ cõuerso ad gradũ pſbiterii cerofer diacono assistẽtib3 vno a dextris reliquo a sinistr ad ipm ɔuersis cereis extictis. subdiaco. vo textũ tenẽs stet ei opposit⁹. iuxta quem stet portitor haste ex vna parte: ⁊ ceroferari⁹ cuiuscũq3 parui cerei ad fõtes bñdicẽdos ex altera parte eodẽ modo cõuersi. post diaconũ vero stet thuribulari⁹. Diacon⁹ accepta pri⁹ bñdictione a sacerdote executore officii dicat Exultet iam angelica. ⁊c. quam zozinius papa constituit sic.




Exultet iã angelica turba celo rũ exultẽt diui



na miste ria et p tanti regis victo ria tuba in



tonet salu ta ris. Gau deat se tell⁹ tãtis ir




radiata fulgo rib3 ⁊ eterni regis splẽdore lustrata



toti⁹ orbis se sentiat a misis se ca ligi




nem. Letetur et mat ecclesia tan ti luminis adorna




ta fulgoribz et magnis populorum vo cibz hec aula re



sul tet Quapropt astātibz vobis fres carissimi




ad tā mirā scti hui⁹ luminis clarita tē vna mecū q




so dei oīpotētis misericordiā inuo ca te. Ut




q me nō meis meritis itra leuitarum numerum ag-




gregare dignatus est luminis sui gratia infūdente



cere i hui⁹ laudē iplere per fi ci at. Per




dñm nostrũ iesum christũ filium suũ q̃ cũ e obiuit




et regnat deus in vnitate spiritus sancti. Per om




nia secula seculo rũ. Amē. Dominꝰ vobiscũ. Et




cũ spiritu tuo. Sur sum cor da. Habemꝰ ad dñm




Grati as agamꝰ dño deo nr̃o. Dignũ ꝫ iustũ ē.



Ue re quia dignũ et iustũ est inuisibilē de



um omnipotentem patrē filiumq̃ꝫ eius vni ge



nitũ dñm nostrũ ie sum xp̃m cum sancto spiritu

toto cordis ac mētis af fectu et vocis ministerio

psona re. Qui p nobis eterno pr̄i ade debitum sol

uit & veteris piaculi cautionē pio cruo re deter

sit. Hec sunt enī festa pa schalia in qbꝫ ver⁹ il

le agnus oc ciditur eiusqꝫ sanguine postes con-

secran tur. Hec nox est in qua primū

patres nostros filios israel eductos de egi pto ru

brum mare sic co vestigio transi re feci sti.

Hec igit nox ē q̄ peccatorum tenebras colū

ne illuminatio ne purga uit. Hec

nox est q̄ hodie p vniuersū mūdū in xp̄o cre dētes


a viciis seculi segre gatos ꝛ caligine peccatoꝝ red

dit gratie sociat sanctita ti. Hec

nox est i qua destructis viculis moꝛ

tis christus ab inferis victoꝛ ascē dit. Ni chil

enī nobis nasci pfuit ni si redimi pfuis set. O




mi ra circa nos tue pietatis digna tio.



O inestima bi lis dilectio charitatis: vt



seruũ redimeres filium tradi disti O certe




necessariũ ade pec catũ et nr̃m qd christi morte




dele tũ est. O felix culpa q̃ talẽ ac tantum




meruit habere redẽpto rẽ. O



certe beata nox que sola meruit scire tempus et




horam in qua christus ab in feris resurre




rit. Hec nox est de qua scriptū est



et nox vt dies illumiabit et nox illuminatio mea




in deli ciis me is. Hu ius igitur sāctifica-




tio noctis fu gat scelera culpas lauat ⁊ reddit



innocentiam lapsis ⁊ mestis leticiam: fugat odia:



concordiam parat et curuat impe ria. In



huius igitur noctis gratia su scipe



Hic ponatur incensum ab ipso dia-
cono in cereum siue in cādelabrum
in modū crucis: similiter in paruū
cereum portitore accedente.

sancte pater.



minis quam in honoꝛē dei rutilās i gnis accē dit.

Hic accēdat cere⁹ paschal' ꝛ sic ardeat ꝯtinue vsqꝫ post ꝯpl'i die pasche. accēdat etiā quotiđ p ebdo. pasche ad mat. ꝛ ad mis. ꝛ ad vs. silr fiat in oct. pasche. Olbꝫ vo dñicis ab oc. pas. vsqꝫ ad asceñ. dñi ad mis. tm̃ accēdat In die vo asceñ. dñi sicut in oct pasche accēdat etiā in his fest. s. marci euāg. philippi ꝛ iacobi. tm̃. In annūciatiōe vero btē marie qñ post oct. pasche celebꝛat ꝛ in īuentione crucis: sicut in octa. pasche accēditur.

Qui licet diui



sus in partes per ecclam. mutuati lu minis

detrimēta non nouit alitur liquantibus ceris quas

in subſtātiā ꝑcio ſe huius lampadis apes mater e

du xit. O beata nox q̄


expoliauit e giptios ditauit hebꝛeos. nox ī qua ter

renis celeſtia iungū tur. O ramus

te do mine vt cereus iſte in hono rē no-

minis tui con ſe crat⁹ ad noctis huius caliginem


deſtruēdā ī deficiēs ꝑſeue ret. In odoꝛē ſua




uita tis ac ceptus sup nis luminaribꝫ



miscea tur. Flammas eius lucifer matuti




nus inue niat. Il le inq̄ lucifer qui nescit




occa sum. Il le qui regressus ab iferis hu




mano generi serenus illu xit. Pre camur



ergo te do mine vt nos famulos tuos om-



nem clerũ et deuotissi mũ populũ vna cum



re ge nostro. ℟.

necnō et episcopo nr̄o N. quiete tempoꝛū con=
cessa in his pascha libus gaudiis cōserua re di
gne ris. Qui sem per viuis regnas imperas nec
nō et gloꝛia ris solus de us solus al tissi m⁹
ie su chꝛi ste cum san cto spiri
tu in gloꝛia dei pa tris. A mē.

¶ Notandū est q̄ candelabꝛū cū cereo paschali debet ammoueri feria. vi. in crastinum ascēsionis dn̄i ante missā. Cere⁹ iste xp̄m designat siue columnā que fuit hebꝛeis: scilicet lux noctis et vmbꝛa diei.

¶ Oꝛdo ad cathecuminū faciēdū. In pꝛimis deferat infans ad valuas eccl'e: et inq̄rat sacerdo ab obstetrice vtꝝ sit īfās mascul⁹ vel femīa. deīde si īfās sit bapti= sat⁹ domi: ꝛ quo noīe vocari debeat. licet ei baptisat⁹

fuerit domi ppter piculũ mortis: tñ totũ habeat subseqñs seruitiũ pter imersionẽ aq̃ ꝫ quo nõie dꝫ vocari

¶ Mascul⁹ aũt statuet a dextris sacerdotis mulier vero a sinistris. his q̃sitis faciat signũ crucis cũ pollice ĩ frõte ĩfãtis. ita dicẽs. Signũ saluatoris dñi nr̃i iesu xp̃i in frontẽ tuũ pono. et postea ĩ pectore ita dicẽdo. Signũ saluatoris dñi nr̃i iesu xp̃i in pect⁹ tuũ pono. Deiñ tenẽs manũ dexterã sup caput ĩfãtis dicat. Dominꝰ vobiscũ. et Orem⁹

Omnipotens sẽpiterne deus pater dñi nr̃i iesu xp̃i: respicere dignare sup hũc famulũ tuũ vel hãc famulã tuã. Hic primo inq̃rat sacerdos nomẽ infãtis: ꝛ respõdeãt patrini. N. quẽ vel quã ad rudimẽta fidei vocare dignat⁹ es: oẽm cecitatẽ cordis ab eo vel ea expelle. disrũpe oẽs laq̃os sathane: q̃bꝫ fuerit colligat⁹ vel colligata. apꝛi ei dñe ianuã pietatis tue: vt signo sapiẽtie tue imbut⁹ vel ĩbuta oĩm cupiditatũ fetoribꝫ careat: ꝛ ad suauẽ odorẽ p̄ceptorũ tuorꝫ let⁹ vel leta tibi in eccl'ia tua deseruiat: et pficiat de die ĩ diẽ: vt idone⁹ vel idonea efficiatur accedere ad grãm baptismi tui pcepta medicina. per eũdẽ christũ dñm nostrũ. Amẽ. Deĩde dicat o͞ro sine Dñs vobiscũ.

Preces nr̃as q̃s dñe clemẽter sed cũ Orem⁹ Oro. exaudi. et hũc vel hãc electũ vel electã tuũ vel tuã. Hic patrini ꝛ matrine nominẽt puerꝫ. N. crucis dñice: cui⁹ impssione: Hic faciat sacerdos crucẽ in frõte infãtis. eũ vel eã signam⁹ virtute custodi. vt magnitudinis glorie tue rudimẽta seruãs: per custodiã mandatorꝫ tuorꝫ ad noue regenerationis gloriã peruenire mereatur. per christũ dñm nostrũ. Oremus. Oro.

Deus q̃ humani generis ita es cõditor vt sis etiã reformator: ppiciare popul' adoptiuis: et nouo testamẽto sobolẽ noue plis ascribe. vt filii pmissionis

qđ nō potuerūt assequi p naturā: gaudeāt se recepisse per grām. per dñm. Exorcismus salis. sine Oremus.
Exorciso te creatura salis in noīe dei pr̄is oīpotē tis: et ī charitate dñi nr̄i iesu xp̄i: ꝛ ī virtute spi ritus sctī. Exorciso te p deū viuū: p deū verū: per deū sctm̄. p deū q̄ te ad tutelā humani generis pcreauit: ꝛ populo venienti ad credulitatē p seruos suos cōsecrari p̄cepit: vt in noīe scte trinitatis efficiaris salutare sa- cramētū ad effugādū inimicū. Proīde rogam⁹ te dñe de⁹ noster: vt hāc Hic respiciat sacerdos sal. creaturā salis sctificādo sācti ✠ fices: bñdicēdo bene ✠ dicas. vt fiat oībꝫ accipiētibꝫ pfecta medicina pmanēs in vi sceribꝫ eoꝝ: in noīe eiusdē dñi nr̄i iesu xp̄i: q̄ vētur⁹ est iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ sclm̄ per ignē. ℞. Amen. Postea iterroget sacerd̄ nomē pueri: ꝛ ponat de ipo sa le ī ore ei⁹ dicēdo. N. accipe sal sapiētie vt ppiciat⁹ sit tibi de⁹ in vitā eternā. Amē. post salē datū dicat sacerd̄ sup masculū vel feminā. Dñs vobiscū. et Orem⁹. oꝛ
Deus patrū nr̄oꝝ: de⁹ vniuerse ꝯditoꝛ creature te supplices exoramus: vt hūc vel hāc famulū vel famulā tuū vel tuā N. respicere digneris ppici⁹: et hoc primū pabulū salis gustātē nō diutius esurire permittas: quo min⁹ cibo expleaf celesti. quatenus sit semp dñe spū feruēs / spe gaudēs / tuo noī seruiens. et pduc eū vel eā ad noue regeneratōis lauacrū. vt cū fi- delibꝫ tuis pmissionū tuaꝝ eterna p̄mia cōseq̄ mereaf. per dñm no. sequaf oṙo sup masculū tm̄. sine Dñs vo
Deus abrahā sed cū Orem⁹. verte ad feminā. deus ysaac de⁹ iacob. de⁹ q̄ moysi famulo tuo ī monte synai apparuisti: et filios israel de terra egipti eduxisti: deputās eis angelū pietatis tue: qui custodi- ret eos die ac nocte. te q̄sum⁹ dñe vt mittere digneris

sctm angelū tuū qui similiter custodiat ꝛ hūc famulū tuū N. ꝛ pducat eum ad grām baptismi tui. sine pxpm. Adiuratio sup masculū ꝛ feminā sine Dñs vo. Oremꝰ.

Ergo maledicte diabole reco= et sine gnosce sentenciā tuā. ꝛ da honorem deo viuo ꝛ vero: da honorē iesu xpo filio eius ꝛ spūisancto: et recede ab hoc famulo vel ab hac famula dei N. qꝫ istum vel istā sibi deus ꝛ dñs noster iesus xps ad suā sanctā gratiā et benedictionē fontēqꝫ baptismatis dono spiritussancti vocare dignatus est: et hoc signū sācte ✠ crucis. Hic faciat sacerd signū crucis cū pollice i frōte infantis dicendo. quod nos fronti eius sponimus tu maledicte diabole nunqꝫ audeas violare. Per eū qui venturꝰ est iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculū p ignē. Amen. sequat oro sup masculū tantū sine Oremus.

Deus imortale psidiū oim postulātium Oro. liberatio supplicū / par rogātiū / vita credētiū resurrectio mortuoꝝ: te inuoco sup hūc famulū tuū. N. qui baptismi tui donū petēs eternā ꝯsequi grām spūali regeneratione desyderat. accipe eū dñe: ꝛ qꝫ dignatus es dicere: petite ꝛ accipietis / qrite et inuenietis pulsate ꝛ apiet vobis: petēti pmiū porrige: ꝛ ianuam pande pulsanti. vt eternā celestis lauacri bñdictionē ɔ̄secutus: pmissa tui muneris regna pcipiat. Qui viuis ꝛ regnas cū deo pr̄e in vnitate spūssancti deꝰ per oīa secula seculoꝝ. Amen. Adiuratio sup masculū

Audi maledicte tantū sine Oremꝰ. hoc modo sathana adiuratꝰ per nomē eterni dei ꝛ saluatoris nostri filii eius cū tua victus inuidia tremēs gemensqꝫ discede. nichil tibi sit cōmune cū seruo dei N. iā celestia cogitanti / renūciaturo tibi ac seculo tuo: ꝛ beate imortalitati victuro. Da igitur honorē aduenī

enti spūisancto:q̄ ex sūma celi arce descēdens pturba
tis fraudibꝫ tuis diuino fōte purgatū pect⁹ id est san
ctificatū deo tēplū ꝛ habitaculū pficiat: vt ab oībꝫ pe
nitus noxiis pteritoꝝ criminū liberat⁹: hic seruus dei
grās perēni deo referat semp: et bn̄dicat nomen eius
sāctū in secula secloꝝ amē. Exorcismus sup masculū

Exorciso te imunde spūs in tantū sine Oremꝰ.
nomīe dei patris ꝛ filii et spūsancti: vt exeas ꝛ
recedas ab hoc famulo dei. respice. N. ipse eni tibi ipe
rat maledicte dānate atqꝫ dānāde: q̄ pedibꝫ sup mare
ambulauit: ꝛ petro mergēti dexterā porrexit. sequat
adiuratio. Ergo maledicte. vt supra. Hec orō sequēs
dicatur sup feminā tantū. sine Oremus. Orō.

Deus celi: deus terre: deus angeloꝝ: deus archā
geloꝝ: deus pphetaꝝ: deus aplōꝝ: de⁹ martyꝝ de⁹ cō-
fessoꝝ: de⁹ virginū: de⁹ oīm beneuiuētiū: deus cui oīs
lingua cōfitet ꝛ oē genu flectit celestiū terrestrium et
infernoꝝ: te iuoco dn̄e sup hāc famulā tuam respice.
N. ꝛ pducere eā digneris ad grāꝫ baptismi tui sequat
adiuratio. Ergo maledicte. vt supra. Sequēs orō di-
citur sup feminas tantū. cū Oremus. Oratio.

Deus abrahā de⁹ ysaac ꝛ de⁹ iacob. de⁹ qui tribꝫ
israel de egiptia seruitute liberasti: ꝛ p moysen famu
lū tuū de custodia mādatoꝝ tuoꝝ i deserto monuisti:
et susannā de falso crimīe liberasti: te supplex depcoꝝ
dn̄e vt liberes et hāc famulā tuā respice. N. ꝛ pducere
eā digneris ad grām baptismi tui. sequat adiuratio
Ergo maledicte. vt s. Exorcismus sup feminā tantū

Exorciso te imunde spūs per patrē sine Oremus
et filiū et spiritū sanctū: vt exeas et recedas ab
hac famula dei respice N. ipse eni tibi iperat maledi
cte dānate atqꝫ dānande: qui ceco nato oculos aperuit

et quatriduanum lazarū de monumento suscitauit. sequat̄ adiuratio. Ergo maledicte. vt s. Exide tā sup masculos q̄ sup feminas dicant̄ orōnes sequētes sine Dn̄s vobiscū. et sine Oremus. Hic faciat sacerd̄ crucē cū pollice in frōte īfantis: tenēsq; manū sup caput ei9 dicat.

ETernā ac iustissimā pietatē tuā depcor dn̄e sancte pater omnipotens eterne deus: qui es auctor luminis et veritatis: sup hūc famulū tuum vel hanc famulā tuā respice. N. vt digneris illum vel illam illuminare lumine intelligētie tue mūda eum vel eā ꝛ sancti ✠ fica. da ei sciētiam veram vt dignus vel digna efficiatur accedere ad gratiā baptismi tui. teneat firmā spem / cōsilium rectū / doctrinā sanctam vt apt9 vel apta sit ad pcipiendā grām baptismi tui. Per xp̄m dn̄m nostrū. sine Oremus. Oratio sequatur

NEc te latet sathana iminere tibi penas iminere tibi tormēta: iminere tibi diē iudicii diē supplicii sempiterni / diem qui venturus est velut cliban9 ardēs: in quo tibi atq; vniuersis angelis tuis eternus supueniet interitus. Et ideo pro tua nequitia dānate atq; damnande da honorē deo viuo ꝛ vero: da honorē iesu xp̄o filio eius: da honorē spirituisancto paraclito: in cui9 noīe atq; virtute precipio tibi quicunq; es sp̄us immūde: vt exeas ꝛ recedas ab hoc famulo dei vel ab hac famula dei respice. N. quē vel quā hodie idē deus et dn̄s noster iesus xp̄s ad suā sanctam grām et bn̄dictionem fonteq; baptismatis vocare dignatus est. vt fiat eius templū per aquā regenerationis in remissionem oīm peccatorꝝ suorꝝ in noīe eiusdē dn̄i nostri iesu christi. Qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos et seculū per ignē. R. Amen. His dictis dicat sacerd. Dominus vobiscum. Euangeliū. Scd̄m matheum.

In illo tēpore: Oblati sunt iesu paruuli: vt manus eis iponeret et oraret. Discipuli autem eius increpabāt eos. Jesus autē ait illis. Sinite paruulos et nolite phibere eos venire ad me. Talium est enī regnum celorum. Et cū imposuisset eis manū: abijt inde. Deinde spuat sacerdos in sinistra manu et tāgat aures et nares infantis cū pollice suo dextero de sputo dicēdo ad aurē dexterā. Effeta quod est adaperire. ad nares In odorē suauitatis. ad aurē sinistrā. Tu autē effugare diabole appropinquabit enī iudiciū dei. Postea dicat sacerdos cōpatribus et cōmatribus vna cū omnibus circūstantibus vt ipsi dicant adinuicē. Pater noster. et Aue maria. et Credo in deū. quas etiā ipse sacerdos dicat cūctis audiētibus vidz modeste et distincte sic.

Pater noster qui es in celis sanctificetur nomē tuū. Adueniat regnū tuū. Fiat voluntas tua. sicut in celo et in terra. Panē nostrū quotidianum da nobis hodie. et dimitte nobis debita nra. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen.

Aue maria gratia plena dominus tecū. benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui iesus. Amen.

Credo in deum patrē omnipotentē creatorē celi et terre. Et in iesum christum filiū eius vnicū dnm nostrum. Qui conceptus est de spiritu sancto/ natus ex maria virgine. passus sub poncio pylato. crucifixus mortuus et sepultus. Descēdit ad inferna. Tercia die resurrexit a mortuis. Ascēdit ad celos: sedet ad dexterā dei patris oipotētis. Inde vēturus est iudicare viuos et mortuos. Credo in spiritū sanctū sanctā ecclesiā catholicam. sctorum cōmunionē remissionē pctorum carnis resurrecti-

onem ꝛ vitā eternā amen. His dictis faciat sacerdos signū crucis i manu dextera infantis interrogato ei⁹ noīe ita dicēs. N. Trado tibi signaculum dñi nostri iesu christi i manu tua dextera vt te signes et te de aduersa parte repellas: et in fide catholica permaneas ꝛ habeas vitā eternā: et viuas in secula seculoꝝ amen. Postea dicat sacerdos bñdicendo ifantē sic. Benedictio dei pris oipotentis ꝛ filii et spūsscti descēdat sup te et maneat semp. ℟. Amē. Postea itroducat cathecuminū per manū dexterā in ecclam: iterrogato noīe eius dicēs. N. Ingredere in tēplū dei vt habeas vitā eternam ꝛ viuas in secula seculoꝝ amen. Quando fuerit fons mūdādus ꝛ de pura aqua renouādus qđ sepe debet fieri ppter aque corruptionē: tunc dicatur sequēs letania ꝛ benedicatur fons modo sequenti. Et nota ꝙ aqua baptismatis nō debet trāsmutari propter honorem alicuius potētis nisi fuerit corrupta. ¶ Nota ꝙ aqua benedicta fontiū in vigilia pasche et penthecostes non aspergat per ecclesiā: sed aliqua alia aqua benedicta more solito sicut in aliis dñicis dieb₃. Memoraliter retinendum est ꝙ aqua benedicta circa fontes est aspergēda sed non aqua fontiū vtrū crismate fuerit sanctificata vel non. Quoniā in decretis originalibus sanctorū patrū clemētis et paschasii paparum inuenitur ꝙ aqua fontiū nō est aqua aspersionis sed baptismatis ꝛ purgationis. Unde caueat vnusquisq₃ sacerdos ne illa aqua tangat nisi quos baptizat: q₂ non est opus vt baptisati iterū baptisent. Cesset ergo stulta presūptionis asꝑsio tam in vigilia pasche et pēthecostes ꝙ in omnib₃ ceteris dieb₃. q₂ per ecclesiā romanam cūctis christianis sub pena excōmunicatiōis maioris est inhibita. ¶ Sequitur letania hoc modo.

Kyrie eleisõ. Christe eleisõ. Christe audi nos. Pat' de cel' de' miserere nobis. Fili redẽptor mũdi de' miserere nobis. Spũssctẽ de': miserere no. Scã trinitas vn' de' m.n. Sctã maria. ora p nobis.
Sancta dei genitrix or
Sãcta virgo virginũ or
Sancte michael or
Sancte gabriel or
Sancte raphael or
Omnes sãcti angeli & archangeli: orate pro nobis.
Oẽs scti beator spirituũ ordines orate pro nobis.
Sctẽ iohãnes baptista or
Oẽs scti pẽtriarche & pphẽ. o
Sancte petre or
Sancte paule or
Sancte andrea or
Sancte iohannes or
Sancte iacobe or
Sancte thoma or
Sancte philippe or
Sancte iacobe or
Sancte mathee or
Sancte bartholomee or
Sancte simon or
Sancte thadee or
Sancte mathia or
Sancte barnaba or
Sancte marce or
Sancte luca or
Oẽs scti apli & euãgl'iste. o
Omnes sancti discipuli domini et innocentes. or t
Sancte stephane or
Sancte line or
Sancte clete or
Sancte clemens or
Sancte fabiane or
Sancte sebastiane or
Sancte cosma or
Sancte damiane or
Sancte prime or
Sancte feliciane or
Sctẽ dionisi cũ so. tu. or
Sãcte victor cũ so. tu. or
Oẽs scti martires or te
Sancte siluester or
Sancte leo or
Sancte hieronime or
Sancte augustine or
Sancte ysidore or
Sancte iuliane or
Sancte gildarde or
Sancte medarde or
Sancte albine or
Sancte eusebi or
Sancte swithine or
Sancte birine or
Oẽs scti cõfessores or te


Oēs sancti monachi ⁊ heremite orate pro nobis.
Scā maria madgalēa or.
Sctā maria egiptiaca or.
Sancta margareta or.
Sancta scolastica or.
Sancta petronella or.
Sancta genouefa or.
Sancta praxedis or.
Sancta sotheris or.
Sancta prisca or.
Sancta thecla or.
Sancta affra or.
Sancta editha or.
Oēs sācte virgines. orate
Omnes sancti. orate p nobis.

His itaq; cōpletis accedat sacerdos ad fontiū cōsecrationē que semp dicat sine cātu: nisi tm̄ in vigilia pasche ⁊ pēthecostes. tūc eni cātata scda letania īcipiat sacerdos ad hūc locū ⁊ cātet modesta voce hoc modo.



Dominus vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus.

Omnips sēpiterne deus adesto magne pietatis tue mysteriis: adesto sacramētis: ⁊ ad recreādos nouos pplos quos tibi fōs baptismatis parturit: spūm adoptiōis emitte. vt qđ nr̄e huilitatis gerēdū est mysterio: tue virtutis īpleat effectu. Per dn̄m nr̄m iesū xp̄m filiū tuū. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdē spūsc̄ti de⁹. Hic mutet vocē more prationis sic. Per omnia



secula seculor. Amen. Dn̄s vobiscū. Et cū spū tuo.



Sursum corda. Habem⁹ ad dominū. Gratias aga

mus dño deo nr̃o. D ignũ ꝛ iustũ ẽ. U ere dignũ

et iustũ est equũ ꝛ salutare nos tibi semp ꝛ vbiqꝫ gra

tias agere dñe sãcte pater omñs eterne deus. Q ui in

uisibili potẽtia sacramẽtoꝝ tuoꝝ mirabiliter oparis

effectũ. E t licet nos tãtis misteriis exequẽdis sim⁹

indigni tu tamẽ gratie tue dona nõ deserẽs etiã ad

nostras p̃ces aures tue pietatis inclines. D eus cu

ius spũs sup aquas inter ipsa mũdi p̃mordia fere

bat vt iā tūc virtutē sāctificationis aquarū natura

conciperet. Deus q̄ nocētis mūdi crimina per aquas

abluens regenerationis speciem in ipsa diluuij effu


sione signasti: vt vnius eiusdē q3 elemēti mysterio et

finis esset vicijs et origo virtutib3. Respice q̄sumus

domine in faciē ecclesie tue: ⁊ multiplica i ea regene-


ratiōes tuas q̄ grē tue affluētis īpetu letificas ciuita

tē tuā: fontē q3 baptismatis apis toto orbe terra4 gen




tibꝫ innouãdis vt tue maiestatis imperio sumat vni


hic diuidat sacerdos aquã manu sua dextra in modũ crucis sic.




geniti tui gratiã de spiritusãcto.




Qui hãc aquã regenerãdis hominibꝫ ꝑparatã ar-




chana sui luminis admixtione fecũdet vt sanctifica



tione cõcepta ab immaculato diuini fontis vtero in




nouã renata creaturã ꝓgenies celestis emergat. Et



quos aut sexus ĩ corpore aut etas discreuit in tempo-


re omnes in vnam pariat gratia mater ĩfantiam.




Procul ergo hinc iubente te domine omnis spiritus




immundus abscedat procul tota nequicia diaboli




ce fraudis absistat. Nichil hic loci habeat cõtrarie




virtutis admixtio: nõ insidiãdo circũuolet: nõ latẽdo




surrepat: nõ inficiẽdo corrũpat. Sit hec sctã et inno



cẽs creatura libera ab oĩni impugnatoris icursu & to



tius neqtie purgata discessu. Sit fõs viu⁹ aqua re



generãs vnda purificans. Ut omnes hoc lauacro

salutifero diluēdi opante l eis spiritu sctō pfecte pur

gationis indulgētiā cōsequant. Unde bene ✠ dico

te creatura aque per deum vi ✠ uū. per deū ve ✠ rū.

per deū sā ✠ ctū. p deū q te in pricipio verbo separa

uit ab arida: cui⁹ spirit⁹ sup te ferebat: q te de paradi

so manare fecit: et l quattuoz fluminib; totā terrā ri=

gare pcepit. Hic eiiciat sacerdos aquā de fōte per quattuoz par= tes cum manu dextera in modum crucis. Qui te in

deserto amaram suauitate indita fecit esse potabi=

lem et sitienti populo de petra produxit. Bene ✠ di

co te per iesum xp̄m filiū eius vnicū dn̄m nr̄m q̄ te

in chana galilee signo admirabili sua potētia cōuer

tit i vinū. Qui pedibꝫ sup te ambulauit ⁊ a iohāne


in iordane in te baptizat⁹ est. Qui te vna cū sangui-

ne de latere suo produxit et discipulis suis iussit vt


credētes baptisarent in te dicēs. Ite docete oēs gētes

baptisātes eos i noīe pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lii ⁊ spi ✠ rit⁹ sci

Hic mutet sacerdos vocē quasi legēdo ₇ dicat sic. Hec nobis p̄cepta seruātib₃ tu deus op̄s clemēs adesto: tu benignus aspira. Hic aspiret sacerdos ter in fontē in modū crucis: deiñ dicat legēdo sic. Tu has simplices aquas tuo ore b̄ndicito: vt p̄ter naturalē emūdationē quā lauādis possint adhibere corporib₃: sint etiā purificādis mētib₃ efficaces. Hic stillet sacerd̄ de cereo in fontē in modū crucis: ₇ postea dicat more p̄fationis.



Descēdat in hāc plenitudinē fōtis virt⁹ sp̄us sancti



totāq₃ hui⁹ aq̄ substātiā regenerādi fecūdet effectu.

Hic diuidat sacerdos aquā cum cereo i fonte in modū crucis dicēdo. Hic omniū pctōꝝ macule deleant.

Hic tollat sacerd̄ cereū de aqua: et tradat clerico, a quo ibid̄ ꝯtra fōtes teneat donec finiat tota p̄fatio. Hic natura ad ymaginem

tui condita ₇ ad honorē sui reformata principii cun-

ctis vetustatis squaloribus emūdetur. Ut omnis

homo hoc sacramentū regenerationis ingressus: in

vere innocentie nouam infantiam renascatur.

Hic mutet vocē quasi legēdo per dñm nostrū iesum christū filium tuū qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdē spūssancti deus: per oīa secula seculo℞. Amen.

Nō procedat vlteri⁹ in hoc officio ī vigilia pasche & penthecostes nisi aliqs esset baptisād⁹ vt postea patebit.

¶ Nota q̄ ī vigilia pasche & pēthecostes ↄsecratis fōtibꝫ nō infūdet oleū neqꝫ crisma: nisi assint aliq̄ q̄ debeāt baptisari: sed lintheamīe mūdo coopiant: & vsqꝫ ad cōpletū pasche vel pētecostes reseruent. vt si forte his diebꝫ aliqs baptisādus aduenerit: fecundatis tamen & sāctificatis fōtibꝫ olei & crismatis īfusione baptiset. Post hec mittat sacerdos oleū sctm̄ cū ipa villione q̄ est ī vase ei⁹ ī aquā signū crucis faciēs et dicēs

Coniunctio olei vnctionis et aque baptismatis. In noīe pr̄is & filiī et spūssancti. amē. Simili modo mittat crisma dicēs. Fecūdet & sanctificet fōs iste hoc salutifero crismate salutis. In noīe pr̄is. &c. postea mittat simul oleum cū crismate modo sup̄adicto dicēs.

Coniūctio crismatis sctificatiōis & olei vnctiōis & aq̄ baptismatis. In noīe pr̄is. &c. Tūc portet infans ad fōtes ab his q̄ eū suscepturi sunt ad baptismū. ipsisqꝫ eūdē puer℞ sup fōtes itēꝫ man⁹ tenētibꝫ: & ponat sacerdos manū dexterā sup eū: et iterrogato eius noīe: respōdeant q̄ eū tenēt. N. Itē sacerdos dicat. N. Abre-

nūciās sathane. Respōdeant cōpatrini et cōmatrine. Abrenūcio. Itē sacerdos. Et omnibꝫ operibꝫ ei⁹ R. Abrenūcio. Itē sacerd. Et oībꝫ pōpis ei⁹ R. Abrenūcio. Postea tāgat sacerd pect⁹ infātis et iter scapulas de oleo sctō crucē faciēs cū pollice dicēs. N ꝛ ego linio te sup pect⁹ oleo salutis iter scapulas In xpo iesu dn̄o nr̄o vt habeas vitā eternā ꝛ viuas in scl̄a scl̄oꝝ amē. Deinde iterrogato noīe eius respōdeāt. N Itē sacerd. N. Credis in deū patrē oīpotentē creatorē celi ꝛ tre Respōdeant. Credo. Item sacerdos. Credis et i iesum xpm filiū eius vnicū dn̄m nostrū natū ꝛ passum. Respōdeāt. Credo. Itē sacerdos. Credis ꝛ i spiritū sctm̄ sctām ecclesiā catholicā sctōꝝ cōmunionē remissionē pctōꝝ carnis resurrectionē et vitā eternam post mortē. Respōdeāt. Credo. Tūc iterrogat sacerdos nomē infātis dicēs. Qd petis. Respōdeāt. baptismū Itē sacerd. Uis baptizari. Respōdeāt. Uolo Deinde accipiat sacerd infantē per latera i manibꝫ suis et iterrogato noīe ei⁹ baptizet eū sub trina imersione tātū sctām trinitatē inocādo ita dicēs. N. Et ego baptizo te in noīe pr̄is. et mergat eū semel versa facie ad aquilonē ꝛ capite vers⁹ orientē. et filii iteꝝ mergat semel versa facie ad meridiē. et spūs scti amē. ꝛ mergat tercio recta facie versus aquā. Tūc patrini accipiētes ifātē de manibꝫ sacerdotis leuēt eū de fōte. vt aūt surrexerit a fōte: accipiat sacerd de crismate cū pollice suo

Deus oīps dicēs. Dn̄s vobiscū. et Orem⁹. Or. pater dn̄i nr̄i iesu christi: qui te regenerauit ex aqua ꝛ spū scto quiqꝫ dedit tibi remissionē oīm peccatoꝝ tuoꝝ. Hic liniat infantē de ipso crismate cū pollice in vertice in modū crucis dicēs. Ipse te linit crismate salutis in eodē filio suo dn̄o nr̄o iesu christo: in

vitā eternā amen. postea induat infans veste crismali sacerdote iterrogāte nomē eius ꝛ dicēte sic. N. Accipe vestem candidā sanctam et imaculatā: quā perferas ante tribunal dn̄i nostri iesu xp̄i vt habeas vitā eternam ꝛ viuas in secula seculoꝝ amen. Licitū est enim pannū crismalē secūdo linire crismate ꝛ super alium baptizatū imittere: tamē ad cōmunes vsus nō debet pannus ille assumi sed ad ecclesiā reportari et in vsus ecclesie reseruari. Deinde q̄sito noīe ponat cereū ardētem in manu infantis dicens. N. Accipe lampadē ardētem et irreꝓhensibilē: custodi baptismū tuū serua mādata: vt cū venerit dn̄s ad nuptias possis ei occurrere vna cū sc̄tis i aula celesti vt habeas vitā et̄nā: et viuas i sc̄la sc̄loꝝ amē. Si ep̄s adest stati eū ↄfirmari oportet ꝛ postea cōmuicari sicetas ei⁹ id deposcat sacerdote dicēte. Corpus dn̄i nostri iesu christi custodiat corpus tuum et alam tuā in vitā eternam amen. Si ifans sit iniūgat patri et matri vt cōseruēt puerū ab igne et aqua ꝛ oībus aliis periculis vsq̄ ad etatem septē annoꝝ: et si ipi nō faciāt patrini ꝛ matrine tenētur. Item cōpatribꝫ et cōmatribꝫ iniūgat vt doceant infantē Pater noster et Aue maria et Credo in deum. vel doceri faciāt. et ꝙ crismale deferatur ad eccl̄am. ꝛ ꝙ cōfirmet̄ ꝙcito⁹ ep̄s aduenerit circa partes per septē miliaria. Deīde dicat̄ hoc sequēs euāgeliū sup īfantē si placuerit: q̄r sc̄dm doctores maxime valet pro morbo caduco. Dn̄s vobiscū. R. Et cū spū tuo. Sequētia sancti euangelii sc̄dm marcum. R. Gloria tibi dn̄e.

In illo tp̄e: Respōdens vn⁹ de turba dixit ad iesum. Magister attuli filiū meū ad te habētem spiritū mutū: qui vbicūq̄ apprehēderit allidit eum ꝛ spumat ꝛ stridet dentibus ꝛ arescit. Et dixi discipulis

tuis vt eiicerēt illū ꝛ nō potuerūt. Qui respōdēs eis dixit. O generatio incredula q̄diu apud vos ero: q̄diu vos patiar? Afferte illū ad me. Et attulerūt eū. Et cū vidisset illū: statī spūs ↄturbauit eū. Et elisus ī terra: volutabat spumās. Et īterrogauit patrē ei⁹. Quātū tēporis est ex quo ei hoc accidit. At ille ait. Ab īfantia. Et frequēter eū in ignē ꝛ ī aquas misit: vt eū pderet. Sed si q̄d potes adiuua nos: misertus nr̄i. Jesus autē ait illi. Si potes credere: oīa possibilia sūt credēti. Et cōtinuo exclamās pater pueri cum lachrymis aiebat. Credo dn̄e: adiuua īcredulitatē meā. Et cū vidisset iesus cōcurrentē turbā: cōminat⁹ est spūi īmūdo dicens illi. Surde ꝛ mute spūs ego tibi p̄cipio exi ab eo ꝛ amplius ne ītroeas ī eū. Et clamās ꝛ multū discerpēs eū exiit ab eo. Et factus est sicut mortu⁹: ita vt multi dicerent q2 mortu⁹ est. Jesus aūt tenēs manū ei⁹ eleuauit eū: et surrexit. Et cū introisset in domū: discipuli eius secreto īterrogabāt eū. Quare nos nō potuim⁹ eiicere eū? Et dixit illis. Hoc gen⁹ in nullo potest exire: nisi in oratione et ieiunio. Et postea dicat hoc euangeliū sequēs sub forma predicta. videlicet Scd̄m iohannem.

IN principio erat verbum et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factū est nichil. Qd̄ factū est ī ipso vita erat: ꝛ vita erat lux hoīm. Et lux ī tenebris lucet: et tenebre eā nō cōprehenderunt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohānes. Hic venit in testimoniū vt testimoniū perhiberet de lumīe: vt oēs crederēt per illū. Nō erat ille lux: sed vt testimoniū phiberet de lumīe. Erat lux vera que illuminat omnē hominem venientē in hūc mundū. Jn mundo erat: ꝛ mūdus per ipm̄ factus est

et mūdus eū nō cognouit. In ꝓpria venit: et sui eū nō receperūt. Quotquot aūt receperūt eū: dedit eis potestatē filios dei fieri: his q̄ credūt in noīe ei⁹. Qui nō ex sanguinibꝫ neqꝫ ex volūtate carnis: neqꝫ ex volūtate viri: sed ex deo nati sūt. Et v̄bū caro factū est: ꝛ habitauit in nobis. Et vidim⁹ gloꝛiā ei⁹ gloꝛiā quasi vnigeniti a patre. plenū grē ꝛ veritatis. ¶ Notādū est ꝙ q̄libet sacerdos parrochial' debet parrochianis suis foꝛmā baptizādi in aqua pura naturali ꝛ recenti et nō in alio liquoꝛe freq̄nter i diebꝫ dn̄icis exponere vt si necessitas emergat sciāt paruulos i foꝛma ecclie baptizare ꝓferendo foꝛmā verboꝝ baptismi i lingua matna distincte ꝛ apte ꝛ solū vnica voce nullo modo iterādo verba illa rite semel ꝓlata vel similia sup eūdē sed sine aliqua additiōe / subtractione / īterruptione verbi ꝑ v̄bo positiōe mutatōe coꝛruptōe seu trāspositōe: sic dicēdo I cristene the. N. in the name of the fadir and of the sone and of the holigost amē. vel in lingua latina sic Ego baptizo te. N. in noīe p̄ris ꝛ filii ꝛ sp̄ussctī. amen Aquā sup paruulū spargēdo vel in aquā mergēdo ter vel saltē semel. Et si puer fuerit baptizatus scdm illā foꝛmā: caueat sibi vnusquisqꝫ ne iterū eūdē baptizet: sed si huiusmodi paruuli cōualescāt deferātur ad ecclam ꝛ dicant sup eos exoꝛcismi ꝛ cathecismi cū vnctionibꝫ et oībus aliis supꝛadictis p̄ter imersionē aq̄ et foꝛmā baptismi que oīno su t omittenda: videlicꝫ quid petis. et ab hinc vsqꝫ ad illū locum quo sacerdos debeat paruulū crismate linire. Et ideo si laic⁹ baptisauerit puerū anteq̄ȝ deferatur ad ecclesiam: interroget sacerdos diligenter quid dixerit et quid fecerit: et si inuenerit laicum discrete et debito modo baptizasse: et foꝛmam verboꝝ baptismi vt supꝛa i suo ꝓ[illegible]

mate integre protulisse: approbet factũ et nõ rebapti
set eũ. Si vero dubitet rationabiliter sacerdos vtrũ in-
fans ad baptisandũ sibi oblat⁹ prius in forma debita
fuerit baptisat⁹ vel nõ: debet oĩa pficere cũ eo sicut cũ
alio quẽ cõstat sibi nõ baptisatũ: pter qđ verba sacra-
mentalia essentialia pferre debeat sub cõditione: hoc
modo dicendo. **N. Si baptizatus es ego non rebapti
zo te: sed si nondũ baptizatus es: ego baptizo te in no
mine patris et filii et spiritussancti amen.** sub aspersi
one vel imersione vtrũ. Et est obseruãdũ tã de baptis-
mate q̃ de confirmatione: q quandocũq; dubitat: sine
dubitatione conferãtur. q; nõ dicitur iteratũ: qđ nesci
tur fuisse collatũ. et ideo sub forma pdicta baptizẽtur
infantes expositi de quor baptismo pbabiliter dubi-
tatur: siue iueniãtur cũ sale vel sine sale. ¶ Notãdũ
est etiã q si infans sit in piculo mortis: tũc primo itro
ducatur ad fontẽ & postea baptisetur icipiẽdo ad hũc
locũ. **Quid petis.** et si post baptismũ vixerit: habeat
totũ residuũ seruitiũ supradictum. ¶ Hoc autem in
quolibet sacramẽto obseruetur: q quandocũq; piculũ
videtur iminere: semp incipiat ad substãtiã illius sa-
cramenti: et postea residuum compleatur si poterit.
¶ Non licet aliquẽ baptizare i aula camera vel i ali-
quo loco priuato: sed dũtaxat in ecclesiis in quib; sunt
fontes ad hoc specialiter ordinati. nisi fuerit filius re
gis vel principis. aut talis necessitas emerserit pter
quã ad ecclam accessus absq; piculo haberi nõ potest.
¶ Presbiter autẽ si poterit semp habeat fontem lapi
deũ integrum & honestũ ad baptizandũ. si aũt nequi-
uerit: habeat vas conueniẽs ad baptismũ quod aliis
vsibus nullatenus deputetur: nec extra ecclam depor
tetur. ¶ Solẽnis baptismus celebrari solet in sabbõ

sancto pasche et i vigilia pēthecostes ꝫ ideo pueri nati infra octo dies añ pascha vel īfra octo dies ante penthecostē debēt reseruari ad baptizādū in sabbō sācto pasche ꝫ in vigilia pēthecostes: si cōmode ꝫ sine piclo valeāt reseruari. Jta ꝙ tpe medio īter natiuitatē puerorꝫ ꝫ hui⁹ baptismi pfectū recipiāt cathecismū solaqꝫ diebꝫ predictis baptismi cōsecratis fōtibꝫ sit īmersio faciēda. Alii aūt qui aliis anni tpibꝫ nati extiterit: incōtinēti cū nati fuerit ppter mortale piculū qḋ sepe pueris īminet īpꝛouisū baptisenť. Uerūtamen in sabbato sancto pasche ꝫ in vigilia pēthecostes pacta cōsecratione fontiū nō infundeť oleū neqꝫ crisma: nec vlterius ī officio baptismi pcedatur nisi forte aliquis assit baptizādus: sed lintheamie mūdo cooperiantur ꝫ vsqꝫ ad cōplet. pasche ꝫ pēthecostes reseruēť. vt si forte his diebꝫ aliquis baptisandus aduenerit: fecūdatis ꝫ sctificatis fontibꝫ olei et crismatis īfusione baptizeť.

Et nota ꝙ de aqua sctificata ī fonte baptismali in sabbō scō pasche ꝫ ī vigilia pēthecost. nūqꝫ debet ppl's aspgi post aque crismationē. nec añ. Nō licet laico vel mulieri aliquē baptisare nisi ī articulo necessitatis. Si vō vir ꝫ mulier adessēt vbi imineret necessitatis artic'ls baptisādi puerꝫ ꝫ nō esset ali⁹ minister ad hoc magis ydoneus p̄sens: vir baptiset ꝫ nō mulier: nisi forte mulier bñ sciret verba sacramētalia ꝫ nō vir: vel aliud īpedimētū subesset. Similiter pater vel mater nō debet pprīū filiū de sacro fōte leuare nec baptizare: nisi in extreme necessitatis articulo. tūc eī bene possūt sine piudicio copule cōiugalis ipm baptizare: nisi fuerit aliqs ali⁹ p̄sens qui hoc facere sciret et vellet. Preterea vir ꝫ vxor nō debent simul leuare puerꝫ alterius de sacro fōte. Nulli religiosi debēt ad-

mitti in pĕtinos: qđ de monialibꝫ obseruādū est. Uiri aūt ⁊ mulieres ꝗ suscipiūt pueros ī baptismo: cōstituuntur eoꝝ fideiussores apud deū: et ideo frequēter debent eos admonere cū adulti fuerint seu discipline capaces: vt castitatē custodiāt/ iusticiam diligant/ charitatē teneāt: ⁊ ante oīa orationē dñicalē ⁊ salutationē angelicā/ simbolū fidei: et signaculo sctē crucis se signare eos docere teneātur. Unde nō debēt recipi ī patrinos nec admittant: nisi ꝗ sciūt p̄dicta. qꝛ patrini debent instruere filios suos spūales in fide. que facere non possunt nisi ipsimet in fide prius instruerentur.

Si baptisādus nō poterit loqui vel qꝛ paruulꝰ vel qꝛ mutus/ vel qꝛ egrotās aut aliūde īpotēs: tūc debēt patrini pro eo respōdere ad oēs interrogatiōes in baptismo. Si autē loqui poterit: tunc pro seipso respondeat ad singulas interrogationes nisi ad interrogationes sui nominis tātum: ad quas semp patrini sui respōdeant pro eo. Qui suscipiunt pueros de sacro fonte non debēt eos tenere corā ep̄o in cōfirmatione: nisi cogēte necessitate. Non plures ꝙ̄ vnus vir et vna mulier debēt accedere ad suscipiendū paruulū de sacro fonte. vnde plures ad hoc simul accedētes peccāt faciēdo cōtra p̄hibitionē canonis nisi alia fuerit consuetudo approbata. tm̄ vltra tres amplius ad hoc nullatenꝰ recipiātur. Monēdi sūt etiā laici ꝙ paruuli sint cōfirmati ↄcia die post cōfirmationē deportēt ad eccl'aꝫ: ⁊ frōtes eoꝝ p man' sacerdotis pp̄ crismatis reuerētiā ī baptisterio abluāt: ⁊ ligatē eoꝝ tūcigne ↄbu rāt. Itē nullꝰ debet admitti ad sacramētū corpis ⁊ sāguis xp̄i iesu extra mortis articulū nisi fuerit cōfirmatꝰ vel a receptiōe sacramēti cōfirmatōis fuerit rationabilr̄ īpeditꝰ. Nō debet sacerđ pochial' eē sine

et mūdus eū nō cognouit. In ppria venit: et sui eū nō receperūt. Quotquot aūt receperūt eū: dedit eis potestatē filios dei fieri: his q credūt in noīe ei⁹. Qui nō ex sanguinib3 neq3 ex volūtate carnis: neq3 ex volūtate viri: sed ex deo nati sūt. Et v̄bū caro factū est: ⁊ habitauit in nobis. Et vidim⁹ gloriā ei⁹ gloriā quasi vnigeniti a patre. plenū grē: ⁊ veritatis. ¶ Notādū est q̄ qlibet sacerdō parrochial̄ debet parrochianis suis formā baptizādi in aqua pura naturali ⁊ recenti et nō in alio liquore freqnter ī dieb3 dñicis exponere vt si necessitas emergat sciāt paruulos ī forma ecclīe baptizare pferendo formā verbor̄ baptismi ī lingua matna distincte ⁊ apte ⁊ solū vnica voce nullo modo iterādo verba illa rite semel plata vel similia sup eūdē sed sine aliqua additiōe/subtractione/iterruptione verbi p v̄bo positiōe mutatōe corruptōe seu trāspositōe: sic dicēdo I cristene the. N. in the name of the fadir and of the sone and of the holigost amē. vel in lingua latina sic Ego baptizo te. N. in noīe pr̄is ⁊ filii ⁊ spūsscti. amen Aquā sup paruulū spargēdo vel in aquā mergēdo ter vel saltē semel. Et si puer fuerit baptizatus scdm illā formā: caueat sibi vnusquisq3 ne iterū eūdē baptizet: sed si huiusmodi paruuli cōualescāt deferātur ad ecclam ⁊ dicant̄ sup eos exorcismi ⁊ cathecismi cū vnctionib3 et oībus aliis supradictis p̄ter imersionē aq̄ et formā baptismi que oīno su t omittenda: videlic3 quid petis. et ab hinc vsq3 ad illū locum quo sacerdos debeat paruulū crismate linire. Et ideo si laic⁹ baptisauerit puerū anteq̄ deferatur ad ecclesiam: interroget sacerdos diligenter quid dixerit et quid fecerit: et si inuenerit laicum discrete et debito modo baptizasse: et formam verbor̄ baptismi vt supra ī suo ydio

mate integre protulisse: approbet factū et nō rebaptiset eū. Si vero dubitet rationabiliter sacerdos vtrū infans ad baptisandū sibi oblat⁹ prius in forma debita fuerit baptisat⁹ vel nō: debet oīa pficere cū eo sicut cū alio quē cōstat sibi nō baptisatū: pter qd verba sacramentalia essentialia pferre debeat sub cōditione: hoc modo dicendo **N. Si baptizatus es ego non rebaptizo te: sed si nondū baptizatus es: ego baptizo te in nomine patris et filii et spiritussancti amen.** sub aspersione vel imersione vtrs. Et est obseruādū tā de baptismate ꝙ de confirmatione: ꝙ quandocūqꝫ dubitat: sine dubitatione conferātur. qꝛ nō dicitur iteratū: qd nescitur fuisse collatū. et ideo sub forma pdicta baptizētur infantes expositi de quoꝝ baptismo pbabiliter dubitatur: siue ineniātur cū sale vel sine sale. ¶ Notādū est etiā ꝙ si infans sit in piculo mortis: tūc primo itroducatur ad fontē ⁊ postea baptisetur icipiēdo ad hūc locū. **Quid petis.** et si post baptismū vixerit: habeat totū residuū seruitiū supradictum. ¶ Hoc autem in quolibet sacramēto obseruetur: ꝙ quandocūqꝫ piculū videtur iminere: semp incipiat ad substātiā illius sacramenti: et postea residuum compleatur si poterit. ¶ Non licet aliquē baptizare i aula camera vel i aliquo loco priuato: sed dūtaxat in ecclesiis in quibꝫ sunt fontes ad hoc specialiter ordinati. nisi fuerit filius regis vel principis. aut talis necessitas emerserit pter quā ad ecclam accessus absqꝫ piculo haberi nō potest. ¶ Presbiter autē si poterit semp habeat fontem lapideū integrum ⁊ honestū ad baptizandū. si aūt nequiuerit: habeat vas conueniēs ad baptismū quod aliis vsibus nullatenus deputetur: nec extra ecclam deportetur. ¶ Solēnis baptismus celebrari solet in sabbō

sancto pasche et i vigilia pēthecostes ꝛ ideo pueri na
ti infra octo dies aā pascha vel ifra octo dies ante pen
thecostē debēt reseruari ad baptizādū in sabbō sācto
pasche ꝛ in vigilia pēthecostes:si cōmode ꝛ sine piclo
valeāt reseruari. Ita ꝙ tp̄e medio iter natiuitatē pue
roꝝ ꝛ hui⁹ baptismi pfectū recipiāt cathecismū solaꝗ
diebꝫ pꝛedictis baptismi cōsecratis fōtibꝫ sit imersio
faciēda. Alii aūt qui aliis anni tp̄ibꝫ nati extiterīt:
incōtinēti cū nati fuerīt pꝑter moꝛtale piculū qđ sepe
pueris iminet ip̄ꝛouisū baptisent. Uerūtamen in
sabbato sancto pasche ꝛ in vigilia pēthecostes pacta
cōsecratione fontiū nō infundet oleū neꝗ crisma:nec
vlterius i officio baptismi pcedatur nisi foꝛte aliquis
assit baptizādus:sed lintheamie mūdo coopiantur:ꝛ
vsꝗ ad cōplet. pasche ꝛ pēthecostes reseruēt. vt si foꝛte
his diebꝫ aliquis baptisandus aduenerit:secūdatis ꝛ
sctificatis fontibꝫ olei et crismatis ifusione baptizet.

Et nota ꝙ de aqua sctificata i fonte baptismali in
sabbō scō pasche ꝛ i vigilia pēthecost. nūꝗ̄ debet ppl's
aspgi post aque crismationē. nec aā. Nō licet laico
vel mulieri aliquē baptisare nisi i articulo necessita-
tis. Si vo vir ꝛ mulier adessēt vbi imineret neces-
sitatis artic'ls baptisādi pueꝝ ꝛ nō esset ali⁹ minister
ad hoc magis ydoneus p̄sens:vir baptiset ꝛ nō muli-
er:nisi foꝛte mulier bn̄ sciret verba sacramētalia ꝛ nō
vir:vel aliud ipedimētū subesset. Similiter pater
vel mater nō debet pꝓꝛiū filiū de sacro fōte leuare nec
baptizare:nisi in extreme necessitatis articulo. tūc ei
bene possūt sine p̄iudicio copule cōiugalis ip̄m bapti
zare:nisi fuerit aliqs ali⁹ p̄sens qui hoc facere sciret et
vellet. Pꝛeterea vir ꝛ vxoꝛ nō debent simul leuare
pueꝝ alterius de sacro fōte. Nulli religiosi debēt ad-

mitti in pt̃inos: qd de monialibꝫ obseruādū est. Uiri aūt ⁊ mulieres ꝗ suscipiūt pueros ī baptismo: cōstituuntur eoꝝ fideiussores apud deū: et ideo frequēter debent eos admonere cū adulti fuerint seu discipline capaces: vt castitatē custodiāt/ iusticiam diligant/ charitatē teneāt: ⁊ ante oīa orationē dn̄icalē ⁊ salutationē angelicā/ simbolū fidei: et signaculo sc̄tē crucis se signare eos docere teneātur. Unde nō debēt recipi ī patrinos nec admittanť: nisi ꝗ sciūt p̄dicta. qꝛ patrini debent instruere filios suos sp̄uales in fide. que facere non possunt nisi ipsimet in fide prius instruerentur.

Si baptisādus nō poterit loqui vel qꝛ paruulꝰ vel qꝛ mutus/ vel qꝛ egrotās aut aliūde īpotēs: tūc debēt patrini pro eo respōdere ad oēs interrogatiōes in baptismo. Si autē loqui poterit: tunc pro seipso respondeat ad singulas interrogationes nisi ad interrogationes sui nominis tātum: ad quas semꝑ patrini sui respōdeant pro eo. Qui suscipiunt pueros de sacro fonte non debēt eos tenere corā ep̄o in cōfirmatione: nisi cogēte necessitate. Non plures q̄ vnus vir et vna mulier debēt accedere ad suscipiendū paruulū de sacro fonte. vnde plures ad hoc simul accedētes peccāt faciēdo cōtra ꝓhibitionē canonis nisi alia fuerit consuetudo approbata. tn̄ vltra tres amplius ad hoc nullatenꝰ recipiātur. Monēdi sūt etiā laici qꝛ paruuli sint cōfirmati tcia die post cōfirmationē deportēť ad eccl'am: ⁊ frōtes eoꝝ ꝑ manꝰ sacerdotis ꝓpt' crismatis reuerētiā ī baptisterio abluāť: ⁊ ligaťe eoꝝ tūc igne ꝯburāť. Itē nullꝰ debet admitti ad sacramētū corpis ⁊ sāguis xp̄i iesu extra mortis articulū nisi fuerit cōfirmatꝰ vel a receptiōe sacramēti cōfirmatōis fuerit rationabilr̃ īpeditꝰ. Nō debet sacerdos pochial' eē sine

crismate. sed debet quilibet sacerdos prochialis a suo epo nõ ab alio i ppria psona sua vel p aliũ sacerdotẽ diaconũ vl' subdiaconũ crisma petere singulis annis añ pascha. ¶ Sacerdos q̃ de veteri crismate vngit baptizatũ nisi in articulo necessitatis deponẽdus est: ⁊ ideo debet omni die cene dñi nouũ crisma ab epo confici: ⁊ vet⁹ remoueri ⁊ cõcremari. Itẽ tam sacrũ oleũ q̃ crisma sub fideli custodia claue adhibita debẽt obseruari ne ad illa possit man⁹ temeraria extẽdi ad aliqua nefaria exercẽda. ¶ Nota q̃ tpe interdicti generalis licite possũt cõferri baptismus ⁊ cõfirmatio tam adultis q̃ paruulis sed nõdum pulsatis cãpanis neq3 alta voce.

¶ Ordo ad purificãdũ mulierẽ post partũ añ hostiũ eccl'e. primo sacerd ⁊ ministri ei⁹ dicãt psos sequẽtes. ps. Leuaui oculos. Beati oẽs. Gloria pri. Sicut erat Sequatur Kyrie el'. Xpe el'. kyrie el'. Pater nr̃. Et ne nos. Sed libera nos. Dñe saluã fac ancillam tuam. Deus me⁹ sperantẽ in te. Esto ei dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Dñe exaudi orationem meam Et clamor meus ad te veniat. Dñs vobiscũ. Oremus.

Deus qui hanc famulam tuam de pariẽdi periculo liberasti / ⁊ eam i seruitio tuo deuotã esse fecisti: cõcede vt tpali cursu fidelit peracto sub alis mĩe tue vitã perpetuam ⁊ quietã cõsequat. Per xp̃m. et ce. Tunc aspgatur mulier aqua benedicta: deinde inducat eã sacerdos p manũ dexterã in eccl'am dicẽs. Ingredere in templum dei vt habeas vitam eternã: et viuas in secula seculorum amen. Nota q̃ mulieres post prolem emissam quandocunq3 ecclesiam intrare voluerint acture gratias purificari possunt: et nullo proinde pcti mole grauãtur: nec eccl'ar aditus est eis denegãd⁹: ne pena illis cõuerti videat in culpã.

Si tn̄ ex veneratiōe voluerit aliq̄ꝺiu abstinere: deuotionē coꝝ nō credimus ip̄robādā. de.pu.post p.ca.vno

Ordo ad faciendū sponsalia. In p̄mis statuantur vir et mulier āte hostiū eccl'e corā sacerdote et populo vir a dextris mulieris et mulier a sinistris viri. Et sciendū est q̄ licet omni tēpore possunt cōtrahi spōsalia et etiā matrimoniū qḋ fit priuatim solo consensu: tn̄ traditio vxoꝝ et nuptiarū solennitas certis tēporibꝫ fieri p̄hibentur. videlicet ab aduentu dn̄i vsq̄ ad octabas epyphanie: ⁊ a septuagesima vsq̄ ad octa. pasche et a dn̄ica ante ascensionē dn̄i vsq̄ ad octa. penthecostes. In octaua die tamen epyphanie licite possunt nuptie celebrari: quia nō inuenitur prohibitū. Quis i octabis pasche hoc facere nō liceat. Similiter in dn̄ica prima post festum penthecostes licite celebrātur nuptie. q̄ dies penthe. octauū diē nō habet. Tūc iterroget sacerḋ bāna dicēs in lingua materna sub hac forma.

Ecce cōuenimus hic fratres corā deo et angelis et omnibus sanctis eius in facie ecclesie ad coniungendum duo corpora: scilicet huius viri et huius mulieris. Hic respiciat sacerdos personas suas. vt amodo sint vna caro et due ale in fide et in lege dei ad promerendam simul vitā eternā quicqḋ ante hoc fecerūt. Admoneo igit vos oēs: vt si quis est ex vobis q̄ aliqḋ dicere sciat quare isti adolescētes legitime cōtrahere nō possunt: modo ꝯfiteatur. Eadē admōitio fiat ad virū ⁊ ad mulierē: vt si qḋ ab illꝪ occulte actū fuerit vel si qḋ deuouerint vel alio mō de se nouerit quare legitime cōtrahere nō poterint: tūc ꝯfiteat. Si vero aliquis ip̄edimētū aliqḋ p̄ponere voluerit et ad hoc p̄bandū cautionem p̄stiterit: differāt spōsalia quousq̄ rei vitas cognoscat Si vero nullꝰ ip̄edimētū p̄ponere voluerit: introget

quẽ ĩ noĩe tuo visitat nrã fragilitas exorata medicie
tue medela citi⁹ sanitati restituat. Per xpm d. Orem⁹.

OMnipõs sempiterne deus qui subuenis in periculis
et necessitate laborãtibꝫ et flagella clemẽter tẽ
peras: te dñe supplices exoram⁹ vt p visitationẽ tuã
sanctã erigas hũc famulũ tuũ. N. ex hac egrotatione
qua tenetur et representes eũ ecclesie tue sancte inco-
lumẽ: ad laudẽ ⁊ gloriã noĩs tui. Per xpm do. Orem⁹.

EXaudi nos omnipõs et misericors de⁹ et visitatio-
nem tuã cõferre digneris sup hunc famulũ tuũ
N. quẽ diuersa verat ĩfirmitas: visita eum dñe sicut
visitare dignatus es socrũ petri puerũqꝫ centurionis:
et thobiã et sarrã per sctm angelũ tuũ raphaelẽ resti-
tue in eo dñe pristinã sanitatẽ: vt mereat in atrio do-
mus tue dicere: castigãs castigauit me dñs ⁊ morti nõ
tradidit me saluator mundi. Qui cũ deo pre ⁊ spũ san-
cto viuis ⁊ regnas de⁹. Per oĩa secula seculoꝝ. Amen.

DEus qui famulo tuo ezechie ter quinos annos ad vitā donasti: ita ⁊ hunc famulū tuū. N. a lecto egritudinis tua potētia erigas ad salutē. per xp̄m

REspice q̄s dn̄e famulū tuū. N. in īfirmitate sui corporis laborātē: ⁊ aīam refoue quā creasti: vt castigatiōibꝫ emūdata ⁊ cōtinuo se sentiat tua medi-

DEus q̄ facture tue pio (cina saluatā. per xp̄m. semp̄ dn̄aris affectu: īclina aurē tuā supplicationibꝫ nr̄is: et famulū tuū. N. ex aduersa valitudine sui corporis laborantē placat⁹ respice: ⁊ visita in salutari tuo: ac celestis gr̄e presta medicinam. per christū.

VIrtutum celestiū deus qui ab humanis corporibus omnem languorem et omnem infirmitatem precepti tui potestate depellis: adesto propici⁹ huic famulo tuo. N. vt fugatis infirmitatibus et viribus receptis: nomen sanctū tuum instaurata protinus sanitate bn̄dicat. per xp̄m dn̄m no. Oremus. Or.

DOmine sctē pater omp̄s eterne de⁹ qui fragilitatē cōditionis humane infusa virtutis tue dignatione cōfirmas: vt salutaribus remediis pietatis tue corpora nr̄a ⁊ mēbra vegetētur sup̄ hūc famulum tuū. N. propicius intende: vt omni necessitate corporee infirmitatis exclusa: gratia in eo pristine sanitatis perfecta reparetur. per xp̄m dn̄m no. Oremus. ¶ Or.

REspice dn̄e de celo et vide et visita hūc famulū tuū. N. ⁊ benedic eū sicut benedicere dignatus es abraham ysaac et iacob: respice sup̄ eum dn̄e oculis mīe tue: ⁊ reple eū omni gaudio ⁊ leticia ⁊ timore tuo expelle ab eo omnes inimici insidias: et mitte angelū pacis qui eum custodiat et domū istam in pace perpetua. per dn̄m no. ⁊c. Deinde priusq̄ vngat infirmus aut cōmunicetur: exhortetur eū sacerdos hoc modo.

Frater carissime grãs age omnipotẽti deo pro vniuersis beneficiis suis: patiẽter et benigne suscipiens infirmitatẽ corporis quã tibi deus immisit: nã si ipsam humiliter sine murmure toleraueris: infert aie tue maximũ premiũ et salutẽ. Et frater carissime quia viã vniuerse carnis ingressurus es: esto firmus in fide. qui enim nõ est firmus in fide: infidelis est / et sine fide impossibile est placere deo: et ideo si saluus esse volueris ante omnia opus est vt teneas catholicã fidẽ. quã nisi integrã inuiolatãque seruaueris: absque dubio in eternũ peribis. Deinde bonũ et valde expediẽs est vt sacerdos exprimat infirmo. xiiii. articulos fidei: quorum vii. primi ad mysteriũ trinitatis: et vii. alii ad christi humanitatẽ ptinẽt: vt si forte prius in aliquo ipsorum errauerit / titubauerit / vel dubius fuerit: ante mortẽ dũ adhuc spũs vnitus est carni ad fidẽ solidã reducatur. et potest sacerdos dicere sic. Fides autẽ catholica hec est frater: credere in vnũ deũ hoc est in vnitatẽ diuine essentie in triũ personarum indiuisibili trinitate. ii. patrem ingenitũ esse deũ. iii. Unigenitũ dei filiũ: esse deũ per omnia coequalẽ patri. iiii. Spiritũ sanctũ nõ genitũ nõ factũ nõ creatũ: sed a patre et filio pariter procedẽtẽ: eẽ deũ patri filioque cõsubstãtialẽ etiã et equalẽ. v. Creationem celi et terre: id est omnis visibilis et inuisibilis creature a tota inuisibili trinitate. vi. Sctificationẽ ecclesie per spiritum sanctum et gratie sacramẽta: ac cetera omnia in quibus communicat ecclesia christiana in quo intelligitur quod ecclesia catholica cum suis sacramẽtis et legibus per spiritũ sanctũ regulata: omni homini quantumcunque facinoroso peccatori sufficit ad salutẽ: et quod extra ecclesiam catholicam nõ est salus vii. Consũmationẽ ecclesie per gloriã sempiternã: in aia et carne veraciter suscitandã: et per cuius oppositũ intelligitur eterna dãnatio reproborum. Si vis ergo saluus

esse frater:ita de mysterio trinitatis sentias. Deinde exprimat ei sacerdos alios. vii. articulos ad xpi humanitatē ptinentes hoc mō. Similiter frater carissime necessariū est ad eternā salutē vt credas ꝛ cōfitearis dñi nostri iesu christi īcarnationē seu verā carnis assūptionē per spiritū sanctū ex sola virgine gloriosa. ii. Verā incarnati dei natiuitatem ex virgine incorrupta. iii. Veram xpi passionē et mortē sub tyrānide pylati. iiii. Veram christi dei descensionē ad inferos in aīa ad spoliationē tartari:quiescente corpore christi in sepulcro. v. Veram christi dei tercia die a morte resurrectionē. vi. Verā ipsius ad celos ascēsionem. vii. Ipsius venturi ad iudiciū certissimā expectationem. Hec est fides catholica frater quā nisi fideliter firmiterqꝫ credideris sicut sancta mater ecclesia credit:saluus esse nō poteris Et si infirmus laicus vel simpliciter litteratus fuerit tūc potest sacerdos articulos fidei in generali ab eo inquirere sub hac forma. Carissime frater credis patrē et filiū ꝛ spiritū sanctū esse tres psonas ꝛ vnū deum ꝛ ipsā benedictā atqꝫ indiuisibilē trinitatē creasse omnia creata visibilia et iuisibilia:et solū filiū de spū sancto cōceptum īcarnatū fuisse ex maria virgine:passū et mortuum pro nobis in cruce sub pōcio pylato:et sepultum descendisse ad inferna:die tercia resurrexisse a mortuis:ad celos ascendisse. Iterumqꝫ vēturum ad iudicandum viuos et mortuos. omnesqꝫ homines tūc in corpore et anima resurrecturos. bona et mala secūdum merita sua recepturos et remissionem peccatoꝝ per sacramētoꝝ ecclesie perceptionem:et sanctoꝝ cōmunionem id est omnes homines in charitate existentes:esse participes oim bonoꝝ grē que fiūt in ecclesia et oēs qui cōmunicant cū iustis hic in grā cōmunicare

cum eis in gloria. Deinde respōdeat infirmus. Credo firmiter in oībus sicut sancta mater credit ecclīa: protestando corā deo et oībus sanctis continue hoc esse meam verā ꝛ firmā intentionem quomodocūqꝫ aliquis spūs malign⁹ memoriā meā aliter forte in futuro sollicitauerit perturbare. Deinde dicat sacerdos Charissime frater quia sine caritate nichil ꝑderit tibi sola fides: testante apostolo qui dicit. Si habuero omnem fidem ita vt montes transferam/caritatem autē non habuero/nichil sum: ꝛ ideo oportet te diligere dominū deum tuū super omnia ex toto corde tuo et ex tota anima tua: et proximū tuū propter deū sicut teipsū nam sine huiusmodi charitate nulla fides valet. Exerce ergo charitatis opera dum vales: et si multū tibi affuerit abundāter tribue: si autem exiguum: illud impartiri stude: et ante omnia si quem iniuste leseris: satisfaciās si valeas. sin autē: expedit vt ab eo veniā humiliter postules. dimitte debitoribꝫ tuis ꝛ illis qui in te peccauerunt vt deus tibi dimittat. odientes te diligas/pro malis bona retribuas: dimittite inquit saluator et dimittetur vobis. Spem etiā firmam et bonā fiduciam frater oportet te habere in deo et ī misericordia sua: et si occurrerit cogitatui tuo multitudo peccatorum tuorꝫ: dole/sed nullo modo desperes: immo cogita quoniam testatur scriptura misericordia eius super oīa opera eius: et illi soli propriū est semper misereri ꝛ parcere: ꝛ secūdū altitudinē celi a terra corroborauit misericordiā suā sup timentes se. Spera igitur in deo et fac bonitatem: qm̄ sperantē in dn̄o misericordia circundabit: et qui sperāt in domino habebūt fortitudinem et assument pennas vt aquile volabunt ꝛ non deficient: volabunt enim a tenebris ad lumen: a

carcere ad regnū: a miseria presenti ad gloriam sempiternā. deinde stabilito sic infirmo in fide/charitate et spe: dicat ei sacerdos. Charissime frater si velis ad visionē dei puenire: oportet oino q sis mūdus i mēte et purus in consciētia. ait eni xps in euangelio. Beati mundo corde: qm ipsi deū videbūt. Si ergo vis mundū cor et cōscientiā sanā habere: pctā tua vniuersa cōfitere. oris eni cōfessio fit ad salutē. Ut ait apostolus. Et quia forte ante hoc aut per obliuionē: aut verecundie confusionem aliqua peccata tua vel eor circūstantias aggrauantes omisisti/truncasti/abscondisti: vel minus cōfessus fuisti: ideo iam resume ab initio et cōfitere: quoniam in proximo est vt viam vniuerse carnis ingressurus sis z tunc amplius confiteri non poteris: dic ergo vni peccata tua: vt deus coram multis milibus in die iudicii ea tegat. Si tu autem hic ea tegas et abscondas: in omnium cōspectu ad tui confusionē in die iudicii denudabūtur. Recogita ergo omnes annos tuos in amaritudine anime tue: et non sit tibi sollicitudo de aliqua creatura vel rebus mundanis: sed omnē sollicitudinem tuam proice in deū: et noli esse immemor salutis anime tue: multum tempus in vanum trāsegisti: nunc vna hora tibi forte tantū superest in hac vita: et ideo hanc expende totaliter in vtilitatē et cōmodū anime tue. Surge frater de lacu miserie z de luto peccati per confessionem. Grandis eni tibi restat via. Surge ergo vt lotus lacrimis contritionis comedere valeas panem vite: hoc est sacramentū corporis christi quod erit tibi in via hac qua gradieris robur et fulcimentū et ambulabis per dei gratiā in fortitudine cibi illius vsq ad mōtem dei: quod tibi concedat omniū fideliū redēptor dei filius iesus christus amē.

Deinde audita integra cõfessione infirmi et factis interrogationibꝫ expediẽtibꝫ iniũgat sacerdos infirmo ꝙ si quid iniuste alieni habuerit: vel si quem iniuste leserit seu damnificauerit: reddat ⁊ satisfaciat si valeat sin autẽ veniã humiliter postulet: attamẽ nõ iniũgat ei sacerd͛ aliquã penitentiã sed dicat ei benigniter hoc modo. Frater tu tot ⁊ talia peccata cõmisisti: pro quibus si tu esses sanus talẽ penitẽtiã deberes agere vsqꝫ ad tale tempus. annotescendo ei illã penitentiã in speciali. sed quia infirmus es et forte vita tua ad hoc peragendum extendere non valebit: ideo iniũgo tibi aliquam penitentiam: volo tamen ꝙ si forte discesseris: facias talem elemosinam vel ad minus iniũgas amicis vel executoribus tuis ipsam facere ex parte tua pro ipsa penitentia. assignando ipsam elemosynã in speciali. Si autem conualueris: penitentiam quam tibi notificaui adimpleas vel iterum humiliter de nouo redeas ad cõfessionem: vel michi vel alii qui tibi absolutionis beneficium in hac parte de iure conferre valeat et debeat. Et concedo tibi ꝙ oẽs indulgentie quorũcũqꝫ ꝑlatoꝝ tibi cõcesse seu qualitercũqꝫ concedẽde: eorũqꝫ bñdictiones/ oẽs aque bñdicte aspsiones/ deuote pectoris tui tuntiones/ cordis tui contritiones/ ista cõfessio et omnes alie confessiones tue deuote/ omnia ieiunia/ abstinentie/ elemosyne/ vigilie/ discipline/ orationes/ et peregrinationes/ et omnia alia bona que fecisti vel facies: et omnia mala que pro deo siue iniuste sustinuisti vel sustinebis: passio saluatoris domini nostri iesu christi/ meritaqꝫ beate et gliose virginis marie et oium alioꝝ sanctorum: necnon suffragia totius sancte ecclesie catholice: cedant tibi in remissionẽ istorũ et oim alioꝝ peccatorum tuoꝝ/ in augmentationẽ

meritoꝝ et consecutionē pꝛemioꝝ eternoꝛum. amen. Deīde dicat sacerdos hoc modo. Misereatur tui oīpotens deꝰ et dimittat tibi oīa peccata tua: liberet te ab omni malo cōseruet ⁊ cōfirmet in bono ⁊ ad vitā pducat eternā. Amen. Deinde absoluat sacerdos ifirmū ab omnibus peccatis suis hoc modo dicens.

Dominus noster iesus chꝛistus pꝛo sua magna pietate te absoluat: et ego auctoꝛitate eiusdē dei ⁊ dñi nostri iesu xp̄i et beatoꝝ aplōꝝ petri ⁊ pauli et auctoꝛitate michi tradita absoluo te ab oībus peccatis his de quibꝫ coꝛde cōtritus ⁊ oꝛe michi cōfessus es: ⁊ ab oībus aliis pctīs tuis de quibꝫ si tue occurrerēt memoꝛie cōfiteri velles: ⁊ sacramētis ecclie te restituo. In noīe patris ⁊ filii et spūssancti amē. ¶ Notandū est ꝙ licet sacerdos possit de facto absoluere ifirmū in articꝫo moꝛtis ab oībus pctīs suis: tamē si aliqs casus occurrat in confessione a quo ipe sacerđ eū alias de iure absoluere nō posset: iniūgendū est ifirmo ꝙ cū cōualuerit p̄sentet se illi ad cōfitēdū q eū de iure vel cōsuetudīe in hac parte absoluere debeat: recepturꝰ eiꝰ mādata ⁊ satisfacturus. nā alias reicidit in eādē sentēciā quā pꝛiꝰ sustinuit. Si ifirmꝰ bullā habeat apostolicā de plena absolutiōe et remissiōe oīm pctōꝝ suoꝝ semel ī articulo moꝛtis cōcessā: tūc pꝛimo legat sacerđ effectū bulle: deinde ceteris pactis vt p̄dictū est fiat eiꝰ absolutio sub hac foꝛma.

Dominus noster iesus chꝛistus pꝛo sua magna pietate te absoluat: et ego auctoꝛitate eiusdē dei et dñi nostri iesu chꝛisti et beatoꝝ apostoloꝝ petri et pauli et domini nr̄i dñi. N. diuina pꝛouidentia summi pontificis et virtute gratie tibi concesse ⁊ electionis qua me in tuum confessoꝛem elegisti in hac parte michi commissa: absoluo te ab omnibus

peccatis tuis de quibus corde contritus et ore michi cõfessus es: et ab omnibus aliis peccatis tuis de quib3 si tue occurerẽt memorie cõfiteri velles: ab omni fractione votorum / et ab omni omissione salutariũ penarum sacramentaliter tibi iniunctarum: et ab omni trãsgressione diuinorũ mandatorum: tibiq3 concedo plenam indulgentiã oium peccatorum tuorum inquantum claues ecclesie et potestas domini pape se extẽdunt. Et si im miscendo te diuinis sic innodatus es aut vnq̃ fuisti q̃ aliquam notã irregularitatis contraxisti vel penam suspensionis interdicti seu excõmunicationis incurristi: eadẽ auctoritate tollo et ammoueo tecũq3 dispenso: et sacramentis ecclesie te restituo. In nomie patris et filii ꝛ spiritussancti amen. Deinde dicat sacerd oratione sequentẽ cũ Dñs vobiscũ. et cũ Oremus. Oratio

PRetende domine huic famulo tuo dexteram celestis auxilii: vt te toto corde perquirat: et que digne postulat assequatur. Per xp̃m dñm nostrũ. ℟. Amen. Sequatur. Bene ✠ dictio dei patris omnipotentis et filii et spiritussancti super te descẽdat et maneat semper amen. Deinde osculetur crucem infirmus et sacerdotẽ ꝛ postea oẽs alios p ordinẽ et iterum dicat sacerdos more suo Dñs vobiscũ. et Oremus. Oratio.

DEus misericors deus clemens: qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata penitentiũ deles ꝛ preteritorum criminum culpas venia remissionis euacuas: respice super hunc famulum tuum. N. sibi remissionem omnium peccatorum suorum tota cordis contritione poscentem: renoua in eo piissime pater quicquid diabolica fraude violatum est: et vnitati corporis ecclesie tue mẽbrum infirmum peccatorum percepta remissiõe restitue. miserere dñe

gemituū eius miserere lacrimarū/ miserere tribulatio
nū atq dolorū: et non habentē fiduciā nisi in tua mīa/
ad sacramētū recōciliatiōis admitte. Per xpm d. Oratio

Da nobis quesumus dn̄e ut sicut publi- Oratio
cani precibus et confessione placatus es: ita et
huic famulo tuo N. benignus aspira ut in cōfessione
flebili pmanens misericordiā tuā celeriter consequatur
sacrisq altaribz restitutus: rursusq diuino famulatui
mancipetur. Per christum dn̄m nostrum. Absolutio.

Absoluimus te. N. vice bti petri aplorū principis
cui dn̄s potestatē ligādi atq soluendi dedit. et
quātū ad te ptinet accusatio et ad nos remissio: sit tibi
oīps deus vita et salus et oim pctōrū tuorū pius indultor.
Qui viuit et regnat cū deo pre. Et. priusq inūgat infir-
mus icipiat sacerd. an. Saluator mūdi. dein dicat ps

In te dn̄e speraui non cōfundar in eternum: in
iusticia tua libera me et eripe me. Inclina ad
me aurē tuam: et salua me. Esto michi in deū prote-
ctorē: et in locū munitum ut saluū me facias. Qm fir-
mamentū meū: et refugiū meum es tu. Deus meus
eripe me de manu pctōris: et de manu cōtra legē agen-
tis et iniqui Qm tu es patiētia mea: dn̄e spes mea a iu
uentute mea. In te cōfirmatus sum ex utero: de ven
tre matris mee tu es protector meus. In te cantatio
mea semp: tanq pdigiū factus sū multis et tu adiutor
fortis. Repleatur os meū laude: ut cantē gliam tuā
tota die magnitudinē tuā Ne piicias me in tpe senec
ctutis: cū defecerit virtus mea ne derelinquas me. Quia
dixerūt inimici mei mala michi: et q custodiebāt aīam
meam consiliū fecerūt in vnū. Dicentes deus dereli-
quit eū: persequimini et cōprehendite eū quia non est
qui eripiat. Deus ne elongeris a me: deus meus in auxi

lium meũ respice. Confundãtur ꝛ deficiãt detrahentes aĩe mee: opiantur cõfusione et pudoꝛe qui querũt mala michi. Ego autẽ semp sperabo: ꝛ adiciã super oẽm laudẽ tuã. Os meũ annũciabit iusticiã tuã: tota die salutare tuũ. Quĩ nõ cognoui litteraturã: introibo in potẽtias dñi: dñe memoꝛaboꝛ iusticie tue solius. Deus docuisti me a iuuẽtute mea: et vsq; nũc pnunciabo mirabilia tua. Et vsq; in senectã ꝛ seniũ: deus ne derelinquas me. Donec annunciẽ bꝛachiũ tuũ: generationi omni que vẽtura est. Potẽtiã tuã et iusticiã tuã deus vsq; in altissima q̃ fecisti magnalia: deus quis similis tibi? Quãtas ostẽdisti michi tribulationes multas et malas: et cõuersus viuificasti me: et de abissis terre iterũ reduxisti me. Multiplicasti magnificentiã tuã: et cõuersus cõsolatus es me. Nam ꝛ ego cõfiteboꝛ tibi in vasis psalmi veritatẽ tuam: deꝰ psallam tibi in cithara sanctus israel. Exultabunt labia mea cũ cantauero tibi: ꝛ aĩa mea quã redemisti. Sed et ligua mea tota die meditabiꝛ iusticiã tuã: cũ cõfusi et reueriti fuerint qui querũt mala michi. Finito. po. cũ Gloꝛia pri. Sicut erat. tota dicatur an. Saluatoꝛ mundi salua nos qui per crucẽ et sanguinẽ redemisti nos auxiliare nobis te depcamur deus noster. tunc dicat sacerdos. Dñs vobiscũ. et Oꝛemus. Oꝛatio.

Omnipotẽs sempiterne deꝰ qui per beatũ iacobũ apostolũ tuũ locutus es dicẽs: infirmatur quis in vobis inducat pꝛesbiteros ecclie et oꝛent sup eũ vngẽtes oleo sctõ in noie dñi: et oꝛõ fidei saluabit ĩfirmum: et alleuiabit eũ dñs: ꝛ si ĩ pctis sit dimittenꝛ ei: dignare per manus nr̃as hũc famulũ tuũ. N. ĩfirmum de oleo sctificato vngere ꝛ virtute bñdictionis tue saluti pꝛistine restituere. vt qđ exterius per ministeriũ nostrum

efficitur: hoc keterius spūaliter tua diuina virt⁹ ac inuisibilit tua malagmata operet. per do. no. Tūc sacerdō accedēs ad īfirmū incipiat. ps. i⁹ eqn. quem chorus vel cleric⁹ totū psequat. ꝛ sic fiat de ceteris p̄s sequē. ps

Usqꝫquo dn̄e obliuisceris me in finem: vsqꝫquo auertis faciē tuā a me. Quādiu ponā consilia in aīa mea: dolorē in corde meo per diē. Usqꝫquo exaltabitur īimic⁹ meus sup me: respice ꝛ exaudi me dn̄e de⁹ meus. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā in morte: nequādo dicat īimicus meus p̄ualui aduersus eū. Qui tribulāt me exultabūt si mot⁹ fuero: ego autē in mīa tua speraui. Exultabit cor meū in salutari tuo: cantabo dn̄o qui bona tribuit michi: ꝛ psallā nomini dn̄i altissimi. Gloria pt̄i. Dū dr̄ p̄dictus ps a choro vel a clerico: accipiat iterum sacerdos oleum īfirmor sup pollicē dextrū: et sic cū illo pollice tāgat īfirmū cū oleo signū crucis faciēs sup vtrūqꝫ oculū incipiendo ad dextrū oculū et dicat sacerdos hoc mō

Per istā vnctionē ꝛ suā piissimā mīam īdulgeat tibi dn̄s quicqd peccasti per visū. ℟. Amē. Sequat ps

Exaltabo te dn̄e q̄m suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Dn̄e deus meus clamaui ad te: ꝛ sanasti me. Dn̄e eduxisti ab inferno animam meā: saluasti me a descendentib⁊ in lacū. Psallite domino sancti eius: et confitemini memorie sanctitatis ei⁹. Qm̄ ira in indignatione eius: ꝛ vita in voluntate eius. Ad vesperū demorabitur fletus: et ad matutinū leticia. Ego aūt dixi in abundantia mea: non mouebor in eternū. Dn̄e in voluntate tua: p̄stitisti decori meo virtutē. Auertisti faciē tuam a me: ꝛ factus sum cōturbatus. Ad te dn̄e clamabo: ꝛ ad deū meum deprecabor. Que vtilitas in sanguine meo: dū

descendo in corruptionẽ. Nunquid confitebitur tibi puluis: aut annũciabit veritatẽ tuã. Audiuit dñs et misertus est mei: dñs factus est adiutor meus. Cõuertisti planctũ meum in gaudiũ michi: cõcidisti saccum meum & circũdedisti me leticia. Ut cantet tibi gloria mea & nõ cõpungar: dñe deus meus in eternum cõfitebor tibi. Gloria patri. Deinde super nares dicens.

Per istã vnctionẽ & suã piissimã miam idulgeat tibi dñs qcqd peccasti p auditũ. ℟. amẽ. Seqt ps.

Iudica me deus et discerne causã meã de gente nõ sancta: ab homĩe iniquo et doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti et quare tristis icedo dum affligit me imicus. Emitte lucẽ tuam & veritatẽ tuam: ipsa me deduxerũt & adduxerunt in montẽ sanctum tuũ et in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deũ qui letificat iuuentutẽ meã. Confitebor tibi in cythara de' deus meus: quare tristis es aĩa mea & quare cõturbas me. Spera in deo: qm̃ adhuc confitebor illi salutare vultus mei et deus meus. Gloria patri. Deinde super labia dicens

PEr istam vnctionem et suam piissima misericordiã indulgeat tibi dñs quicquid peccasti per gustum et illicita verba. ℟. Amẽ. Sequatur psalm'

DEus in noĩe tuo saluũ me fac: et in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationẽ meã: auribz percipe verba oris mei. Qm̃ alieni insurrexerunt aduersũ me: et fortes quesierũt aĩam meã et non proposuerũt deũ ante cõspectũ suũ. Ecce enĩ deus adiuuat me: & dñs susceptor est aĩe mee. Auerte mala imicis meis: & in veritate tua dispde illos. Uolũtarie sacrificabo tibi: et confitebor noĩ tuo dñe qm̃ bonũ est. Qm̃ ex oĩ tribulatione eripuisti me: et sup inimicos meos.

despexit ocul⁹ me⁹. Gl'a pri. Deinde sup nares dicēs
Per istā vnctionē ⁊ suā piissimā miam īdulgeat tibi dn̄s quicqd peccasti p odoratū. ℟ Amē. Legit.
Deus in adiutoriū meū intēde: dn̄e ad adiu- ps. uandū me festina. Cōfundātur ⁊ reuereātur: qui querūt aīam meā. Auertantur retrorsū ⁊ erubescant: qui volūt michi mala. Auertātur statim erubescentes: qui dicūt michi euge euge. Exultēt ⁊ letētur in te oēs qui querunt te: et dicant semp magnificetur dn̄s qui diligūt salutare tuum. Ego vero egenus et pauper sum: deus adiuuat me. Adiutor meus ⁊ liberator meus es tu: dn̄e ne moreris. Gloria pri. Man⁹ sacerdotis infirmi debēt inūgi in partibꝫ exterioribꝫ. nam et epyscopus linebat in partibus interioribus. Manus vero cuiuscūqꝫ alteri⁹ infirmi debent inungi interius. Deinde super manus ita dicens.
Per istā vnctionē ⁊ suā piissimā miam īdulgeat tibi dn̄s quicquid peccasti per tactū. ℟ Amē. Sequat ps
Inclina dn̄e aurē tuam ⁊ exaudi me: qm̄ inops ⁊ paup sum ego. Custodi aīam meā qm̄ sanct⁹ sum: saluū fac seruum tuū deus meus sperātem in te. Miserere mei dn̄e qm̄ ad te clamaui tota die: letifica aīam serui tui qm̄ ad te dn̄e aīam meam leuaui. Qm̄ tu dn̄e suauis et mitis: et multe misericordie omnibꝫ innocantibus te. Auribus percipe dn̄e orōnem meā: intēde voci deprecationis mee. In die tribulationis mee clamaui ad te: qꝛ exaudisti me. Non est similis tui in diis dn̄e: et non est scd̄m opera tua. Oēs gentes quascūqꝫ fecisti venient et adorabunt coram te dn̄e: et glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu: et faciens mirabilia tu es deus solus. Deduc me dn̄e in via tua ⁊ ingrediar in veritate tua: letetur cor

meũ vt timeat nomẽ tuũ. Confitebor tibi dñe deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomẽ tuum in eternũ. Quia mĩa tua magna est super me: et eruisti animã meã ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerũt sup me: et synagoga potentiũ quesierunt aĩam meã: et nõ proposuerunt te in cõspectu suo. Et tu dñe de⁹ miserator ⁊ misericors: patiẽs ⁊ multe mĩe ⁊ verax. Respice in me ⁊ miserere mei: da iperiũ puero tuo: ⁊ saluũ fac filiũ ancille tue. Fac mecũ signũ in bono vt videãt q oderũt me et cõfundant: qm̃ tu dñe adiuuisti me ⁊ cõsolat⁹ es me. Ora. Deinde sup pedes ita dicẽs

Per istam vnctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dñs quicquid peccasti per incessum pedum. R. Amen. Sequatur psalmus.

Domine deus salutis mee: i die clamaui ⁊ nocte corã te. Intret in conspectu tuo orõ mea: inclina aurem tuã ad precẽ meam. Quia repleta est malis anima mea: et vita mea in inferno appropinquauit. Estimatus sum cũ descendentibus in lacum: factus sũ sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulcris quorum nõ est memor ampli⁹: et ipi de manu tua repulsi sunt. Posuerũt me in lacu inferiori: in tenebrosis et in vmbra mortis. Super me confirmatus est furor tuus: et oẽs fluctus tuos induxisti super me. Longe fecisti notos meos a me: posuerũt me abominationẽ sibi. Traditus sum et non egrediebar: oculi mei languerunt pre inopia. Clamaui ad te domine: tota die expãdi ad te manus meas. Nunqd mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt et confitebuntur tibi? Nunquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiã tuã: et veritatem tuã in perditionem? Nunquid cognoscentur

in tenebris mirabilia tua: et iusticia tua in terra obliuionis. Et ego ad te domine clamaui: et mane oratio mea preueniet te. Ut quid domine repellis orationem meã: auertis faciem tuã a me. Pauper sum ego et in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus. In me transierunt ire tue et terrores tui conturbauerunt me. Circumdederunt me sicut aqua tota die: circumdederunt me simul. Elongasti a me amicum et proximum: et notos meos a miseria. Gloria patri. Deinde in dorso inter lumbos maris: vel super umbilicũ mulieris ita dicens.

Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dñs quicqd peccasti p illicitas cogitationes et per ardorẽ libidinis. ℟. Amẽ. Tunc erigens se sacerdos lauet manus suas cum sale et aqua in vase quo stuppe olei ponuntur: que igne crementur et in cimiterio fodiantur. Postea dicat sacerdos super infirmum benedictionem hoc modo

In nomine patris et filii et spiritussãcti sit tibi hec olei unctio ad purificationem mentis et corporis: et ad munimen et defensionem contra iacula immũdorum spirituum. ℟. Amen. ¶ Sequatur psalmus.

Domine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cũ clamauero ad te. Dirigatur oro mea sicut icensum in cõspectu tuo: eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinũ. Pone dñe custodiã ori meo: et hostiũ circũstantie labiis meis. Non declines cor meum in verba malicie: ad excusandas excusationes in peccatis. Cũ hoibus operãtibus iniquitatẽ: et nõ cõmunicabo cũ electis eorũ. Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me: oleũ autẽ peccatoris non impinguet caput meũ. Qm̃ adhuc et oro mea in bñplacitis

eorum:absorpti sunt iuncti petre iudices eorum. Audient verba mea quoniam potuerunt:sicut crassitudo terre erepta est super terram. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum:quia ad te domine dñe oculi mei in te speraui:non auferas animã meam. Custodi me a laqueo quẽ statuerunt michi:et ab scandalis operantiũ iniquitatẽ. Cadent in retiaculo eius peccatores:singulariter sũ ego donec transeã. Gloria patri. Deinde dicat sacerdos Domin⁹ vobiscũ. et Oremus. Oratio.

Domine deus saluator noster qui es vera salus et medicina:a quo omnis sanitas et omne medicamentum venit:quiq; nos apli tui iacobi documẽto instruxisti vt languentes olei liquore orãtes tãgeremus:respice propicius super hunc famulũ tuum. N. quẽ languor cruciat ad exitũ/et viriũ defectus ptrahit ad occasũ/medela gratie tue saluti restituat castigatum. extingue in eo clementissime deus omniũ febriũ estus/dolorum stimulos:et cunctorum languorum cruciatus: viscerum quoq; et secretorum interna medicina:atq; medullarum discrimina sana compagum etiam et artuum dele cicatrices veteres:et acerbas compesce passiones. reformetur in eo carnis ac sanguinis quã creasti perfecta materies:sicq; illũ iugiter tua custodiat pietas:vt nec ad corruptionem aliquãdo sanitas/nec ad perditionẽ perducat infirmitas:sed fiat illi hec sacra olei perunctio cõcita morbi presentis et languoris expulsio:& pctõrum olm exoptata remissio. per te saluator mũdi. Qui cũ deo pře et spũsctõ viuis & regnas de⁹ per olã secula sclorum. Amẽ. Facta vnctioe vt pdictũ est:expediens erit vt sacerdos ante cõmunionẽ inquirat ab infirmo an aliqua alia pctã sibi ad memoriã occurrãt de quib3 nõ erat cõfessus. nã posset esse q2 per preces et

deuotas orones sacerdotis siue alioꝝ: deꝰ coꝛ infirmi illustraret ꝛ daret ei gratiā uerius ꝛplenius cōfitendi Et postea interroget eū sacerdos si recognoscat coꝛpꝰ et sanguinē dñi nři iesu chꝛisti sic dicendo. Frater cre dis ꝙ sacramentū qđ tractatur in altari sub foꝛma pa nis est uerum coꝛpus ꝛ sanguis dñi nostri iesu chꝛisti. Respōdeat īfirmus. Credo. Deinde cōicetur īfirmus: nisi pꝛius cōicatus fuerit: et nisi de uomitu uel alia ir reuerētia ꝓbabiliter timeatur: ī quo casu dicat sacerđ infirmo. Frater in hoc casu sufficit tibi uera fides ꝛ bo na uolūtas: tantū crede ꝛ mādūcasti. Et nota ꝙ sacer dos īfirmis cōicandis stola īduetur. Unde cōicans sa cerdos īfirmū dicat. Coꝛpꝰ dñi nostri iesu chꝛisti custo diat coꝛpus tuū et animā tuā in uitā eternā. Amen. Deīde dicat sacerđ sine Dñs uobiscū. ſʒ tm̄ cū Oꝛemꝰ orōnē seqntē: q̄ nō dicat nisi tm̄ qñ infirmus cōicatur

Domine scē̄ pater oīps eterne deus te fide- Or liter depꝛecamur: ut accipienti huic fratri nřo N. sacrosanctū coꝛpꝰ et sanguinē filii tui dñi nři iesu chꝛisti: tā coꝛpoꝛis q̄ aīe sit salꝰ. amē. Deīde seq̄tur ps

Lauda aīa mea dñm laudabo dñm ī uita mea: psallā deo meo q̄diu fuero. Nolite cōfidere in pꝛincipibꝫ: nec in filiis hoīm in quibus non est salus. Exibit spiritus eius et reuertetur in terrā suā: in illa die peribunt oēs cogitationes eoꝝ. Beatus cuiꝰ deus iacob adiutoꝛ eius spes eius in dño deo ipsius qui fecit celū et terrā/ mare et oīa que in eis sunt. Qui custodit ueritatem in seculū: facit iudiciū iniuriā patientibus dat escā esurientibus. Dominus soluit cōpeditos: do minus illuīat cecos. Dñs erigit elisos: dñs diligit iu stos. Dñs custodit aduenas pupillū et uiduā suscipi et: et uias peccatoꝝ disperdet. Regnabit dñs ī secula

deus tuus syon: in generatione et generationē. Glo
ria patri. Quo finito dicat sacerdos Oremus. ¶ Oro
Deus qui peccatores et scelerū onere vulnera-
tos sacerdotibꝫ tuis ostēdere iussisti: deus qui
discipulis tuis manus super īfirmos vt bene haberēt
ponere precepisti. Deus qui per apostolorꝫ tuorꝫ man⁹
infirmos sacro oleo vngere/et pro eis orare docuisti.
Deus qui per īpositionē manuū sacerdotū cuꝫ sancti
nois tui inuocatione peccata relaxare voluisti: exaudi
orationes nostras et da huic famulo tuo N. infirmita
tis noxa oppresso: per hoc sacrosanctū mysteriū quod
nos īdignos famulos tuos agere voluisti remissionē
omniū peccatorꝫ: quatenus per hāc sacrati olei vnctio-
nem/corporis et sanguinis tui susceptionē atqꝫ man⁹
nostre īpositionē cūcta ei facinora spiritus sancti gra
tia relaxentur/sanitas anime et corporis restituatur:
vt non ei plus noceat conscientie reatus ad penā: ꝙ in
dulgētia tue pietatis ad emendationē prosit et veniā
te concedente saluator mūdi. Qui viuis et regnas cū
deo patre in vnitate eiusdē ⁊c. Deinde benedicat sa-
cerdos infirmū dicēs sic. Benedicat ✠ te deus pater:
qui in principio cuncta creauit. ℟. Amen. Et sic respō
deatur ad singulas benedictiones. Sanet te dei fili⁹
Amen. Illuminet te spiritus sanctus. Amen. Cor-
pus tuum custodiat. Amen. Animam tuam saluet.
Amē. Cor tuum irradiet. Amē. Sensū tuū dirigat:
et ad supernā patriā te perducat qui in trinitate per-
fecta viuit ⁊ regnat deus. per oīa secula seculorꝫ. Amē
Bene✠dicat te deus celi. Amē. ¶ Alia bñdictio
Adiuuet te christus filius dei. amen. Corpus
tuū in suo sancto seruitio custodiri ⁊ cōseruari faciat.
Amen. Mentem tuā illuminet. Amē. Sensū tuum

custodiat. amẽ. Gratiã suã ad pfectũ aĩe tue in te augeat. amẽ. Ab oĩ malo te liberet. amẽ. Oĩa pctã tua deleat. amẽ. Dextera sua te defẽdat. amẽ. Qui sctõs suos semp adiuuat ipse te adiuuare ⁊ ↄseruare dignet.

Bene✠dicat te (Qui vi. ⁊ reg. deus. Alia bñd. deꝰ pr̃ q̃ in pricipio cũcta creauit. Bñ✠dicat te dei filiꝰ q̃ de supnis sedibꝫ p nobis saluãdis descendit: et crucẽ subire nõ recusauit. amẽ. Bene✠dicat te spiritussanctꝰ qui in similitudine colũbe in flumie iordanis in xp̃o requieuit. amẽ. Ipseq̃ te in trinitate sctificet quẽ oẽs gẽtes vẽturũ expectãt ad iudiciũ. Qui cuꝫ deo pr̃e ⁊ eodẽ spũ saucto. amẽ. Finito hoc officio ↄueniẽter dici poterit ab ĩfirmo lãguẽte in extremis si placeat or̃. subscripte vł earꝫ aliq̃. videlꝫ ps. Miserere i. Itẽ. ps. Deꝰ in noĩe. Itẽ. v. Suscipe me scd̃m eloquiũ tuũ ⁊ viuã: et non ↄfũdas me ab expectatiõe mea: et q̃ est expectatio mea nonne dñs. vel sic. Dñe iesu xp̃e suscipe sp̃m meũ. Itẽ. Deus ppiciꝰ esto michi pctõri. Itẽ v. In manꝰ tuas dñe ↄmẽdo spi. m. r. me do. deꝰ vitat Itẽ v. Delicta iuuẽtutis mee ⁊ ignorãtias meas ne memineris. Itẽ v. Ab occultis meis munda me dñe. Itẽ v: Ne pĩcias me dñe ĩ tp̃e senectutis cũ defecerit virtus mea ne derelinquas me. ¶ Sciendũ est aũt q̃ nõ licet alicui ministrare sacramentũ vnctionis extreme nisi tm̃ sacerdoti. vnde si aliq̃s nõ sacerdos attẽtaret hoc facere: nichil faceret ↄsecratio. Loca vo vngenda sũt supradicta ⁊ nõ alia nisi in mutilatis: in q̃bus debẽt inungi loca magis ppinqua. Et notãdũ est q̃ si sacerdos iã aliquibꝫ partibus inunctis aliis restantibꝫ ad vngẽdũ defecerit partes cũ vncte nõ sint iterato vngẽde / sed que restãt vnctiones vngẽde per sacerdotẽ aliũ ↄpleãtur. Potest enĩ sacerdos vno

clerico presente infirmũ inungere: ⁊ etiã sine clerico in necessitatis articulo. Moneãt frequẽter sacerdotes pochianos suos ꝙ oẽs .xiiii. annoꝝ ⁊ amplius se exhibeãt ad sacramẽtũ vnctiõis extreme suscipiẽdũ qñ metus mortis imminet. Doceãt etiã eos ꝙ hoc sacramẽtũ licite potest iterari sine aliqua sui iniuria: vnde quotiẽs hõ cõualuerit ⁊ noua ĩfirmitas iterato superuenerit: ex qua fuerit metus mortis: potest idẽ homo ĩ vnaquaqꝫ hmõi infirmitate inungi. In eadẽ quoqꝫ ĩfirmitate hoc sacramẽtũ iterari põt: nã in egritudĩe diuturna debet fieri qñ videt̃ deducere ad mortẽ. Et si illũ articulũ euadat eadẽ infirmitate durãte: etiam postea ad statũ similẽ reducat̃: iterũ potest ĩungi. q2 aliꝰ est ĩfirmitatis status: licet sit eadẽ infirmitas. ⁊ si qs post hoc sacramẽtũ cõualuerit: nichilominus ad opus ꝯiugale ⁊ ad oẽ opus honestũ licite poterit reuerti. Hoc sacramẽtũ nõ ẽ ꝯferẽdũ eũtibꝫ ad bellũ vl' ad duellũ: pegrinis aut nauigãtibꝫ vl' his q̃ stati occidẽdi sũt. Similiter pueri/ frenetici/ furiosi vl' aliq̃ alii hmõi alienatione mẽtis patiẽtes: eo ꝙ debitã discretionẽ deuotiõis et ꝟe penitẽtie nõ habeãt: ad hoc sacramẽtũ nõ admittant̃. nisi forte ipi frenetici furiosi vel amẽtes in sana mẽte cõstituti hoc sacramentũ petierũt vel alias ante hmõi passionẽ seu mẽtis alienationẽ de sua salute fuerint solliciti. tũc nichilominꝰ ꝯsulitur hoc sacramentũ eis fiducialiter ministrari. In cõsti. lambeth. p. ca. vlt

Nota ꝙ tempore interdicti non debet conferri sacramentũ vnctionis extreme nec alia sacramẽta. exceptis baptismo/ confirmatione / penitentia et viatico/ existentibus in articulo mortis tantum conferendo.

Cũ vero aĩa in exitu seu dissolutiõe corpis visa fuerit laborare: pulsetur tabula minute ⁊ acriter: et tũc

omnes clerici cū sūma velocitate accurrant et dicant Credo in vnū. Requⁱre in missa sponsal. deinde dicant septē ṗos penitētiales cū Glā pri. vts. Quibus dictis

Parce domine parce (subiūgatur hoc capitulū) famulo tuo quē redimere dignatus es precioso sanguine tuo ne in eternū irascaris ei. Hoc capitulū dicatur tribus vicibus tā a sacerdote ꝙ a toto conuentu: ita tñ ꝙ sacerdos prius dicat: et conuentus repetat Deinde dicatur sequens letania sine nota hoc modo.

Pater de celis de⁹: miserere aīe famuli tui Fili redēptor mūdi de⁹: mise. a. fa. t. Spūs sctē de⁹ miserere aīe famuli tui Sctā trinitas vn⁹ de⁹ miser. a. fa. t. Sctē sctōꝝ de⁹ mi. Qui es trin⁹ ⁊ vn⁹ de⁹ mise. Sctā maria itercede pro aīa eius. Sctā dei genitrix intercede. Sctā virgo virginū iter. Sctē michael iter.

Sctē gabriel inter.
Sctē raphael inter.
Oēs scti angeli ⁊ archāgeli: intercedite pro aīa eius.
Oēs scti bonoꝝ spirituū ordies intcedite ꝑ aīa eius.
Sctē iohānes baptā. inter
Oēs scti patriarche ⁊ prophete: itercedite ꝑ aīa eius
Sctē petre inter.
Sctē paule inter
Sctē andrea inter
Sctē iacobe inter
Sctē iohānes inter
Sctē philippe inter.
Sctē iacobe inter
Sctē bartholomee inter
Sctē mathee inter
Sctē thoma inter
Sctē symon inter
Sctē iuda inter
Sctē mathia inter
Sctē marce inter
Sctē luca inter
Sctē barnaba inter
Oēs scti apostoli ⁊ euangeliste intercedite ꝑ aīa e.
Oēs sancti discipuli dñi et innocētes: itercedite ꝑ.
Sctē stephane inter
Sctē line inter
Sctē clete inter
Sctē clemens inter
Sctē corneli inter

Scē laurenti Int.
Scē sixte Int
Scē vincenti Int
Scē georgi int
Scē fabiane int
Scē sebastiane int
Scē albane int
Scē edmunde int
Scē blasi int
Scē dyonisi cū so.t. int
Scē eustachi cū so.t. int
Scē geruasi int
Scē prothasi int
Sācte cosma int
Scē damiane int
Scti iohes ꝛ paule int
Sācti crispine et crispini=ane Intercedite pro aīa ei⁹
Oēs scti martyres Int
Scē benedicte int
Scē siluester int
Scē nicolae int
Scē martine int
Scē hilari int
Scē ambrosi int
Scē hieronime int
Scē augustine int
Scē birine int
Scē swithine int
Scē athel wolde int
Scē dunstane int
Scē cuthberte int
Scē leonarde int
Scē egidi int
Oēs scti cōfessores int
Oēs sci mona. ꝛ hereīte it
Scā maria magdal. int.
Scā maria egiptiaca int
Scā felicitas int
Scā ppetua int
Scā cecilia int
Scā lucia int
Scā agatha int.
Scā agnes inter.
Scā fides inter.
Scā katherina inter.
Scā scolastica inter.
Scā iuliana inter.
Scā margareta inter.
Scā anastasia inter.
Scā petronella inter.
Scā editha inter.
Scā brigida inter.
Oēs scē virgīes interceđ
Omnes scti. itercedite p aīa ei⁹. Propici⁹ esto parce ꝛ dimitte ei oīa peccata sua dñe. A b amni malo. libera ꝛ defende aīam eius dñe. A b hoste iniquo. libera ꝛ defende aīam ei⁹ dñe. A b isidiis ꝛ laqīs diaboli libera ꝛ defēde a.e.d. A b scursu malignoꝝ spirituū libe.

A timore inimicoꝝ. libe. A b ira tua. li. A dãnatione
perpetua. li. A penis inferni li. A periculo mortis. l.
A põdere peccatoꝝ. li. P er imensã pietatẽ tuam. li.
P er mysteriũ sctẽ incarnationis tue. li. P er sanctã
circũcisionẽ tuã. li. P er sanctã apparitionẽ tuam. li.
P er baptismũ tuũ l. P er ieiuniũ tuũ l. P er passio-
nem ⁊ crucẽ tuã l. P er piissimã mortẽ tuã l. P er glo
riosam resurrectionẽ tuã l. P er admirabilẽ ascẽsio-
nem tuã. l. P er aduentũ sctĩ spũs paracliti l. P er in
tercessionẽ oĩm sctõꝝ tuoꝝ l. I n die iudicii li. et de. a.
eius dñe. P eccatores: te rogam⁹ audi nos. U t aĩam
famuli tui de principibꝫ tenebraꝝ ⁊ de locis penaꝝ li-
berare digneris. te. U t ab iferoꝝ cruciatibꝫ liberare
digneris. te. U t cũcta eius pctã obliuioni ppetue tra
dere digneris. te. U t ei oẽs lubrice temeritatis offen
sas dimittere digneris. te. U t delicta iuuẽtutis eius
et ignorãtias nõ reminiscaris. te. U t quicqd uicioꝝ
fallente diabolo et ppria iniqtate atqꝫ fragilitate con
traxit: clemẽter idulgere digneris. te. U t eũ in pacis
ac lucis regione cõstituere digneris. te. U t ei gaudiũ
et exultationẽ in regno tuo cũ sanctis ⁊ electis tuis do
nare digneris. te. U t nos exaudire digneris. te roga.
F ili dei: te rogamus audi nos. A gnus dei qui tollis
peccata mũdi miserere aĩe eius. C hriste iesu misere-
re aĩe eius. A gnus dei qui tollis pctã mundi dona ei
pacẽ eternãqꝫ felicitatem et gloriã sempiternã amen

P Roficiscere anima christiana de hoc mundo in
nomine dei patris omnipotentis qui te crea-
uit. amen. I n nomine iesu christi filii eius qui pro
te passus est. amen. I n nomine spiritus sancti qui in
te effusus est. amen. I n nomine angelorum et archã
geloꝝ. amen. I n nomine thronoꝝ ⁊ dominationum

amen. In noīe principatuū et potestatum et omniū celestiū virtutū.amen. In nomine cherubin et sera phin.amen. In noīe patriarchaꝝ et pphetaꝝ.amen In noīe apostoloꝝ et martyꝝ.amen. In noīe cōfes-soꝝ et epyscopoꝝ.amē. In noīe sacerdotū ⁊ leuitaꝝ et oīm ecclesie catholice graduū.amen. In noīe mo-nachoꝝ et anachoritaꝝ.amen. In nomine virginū et fideliū viduaꝝ hodie in pace locus tuus fiat ⁊ habi-tatio tua in celesti hierusalē.amen. Oremus. Oratio.

Suscipe itaqꝫ dn̄e seruū tuū in bonū ⁊ lucidū ha bitaculū tuū. Amē. Libera dn̄e aīam serui tui ex oībus periculis infernoꝝ ⁊ de locis penaꝝ et de oībꝫ doloribus tribulationū. Amen. Libera dn̄e aīam ser ui tui sicut liberasti enoch et heliā de morte cōmuni. Amen. Libera dn̄e aīam serui tui sicut liberasti loth de sodomis ⁊ de flama ignis.amē. Libera dn̄e aīam serui tui sicut liberasti ysaac de manibꝫ pr̄is sui abra-he.amē. Libera dn̄e aīam serui tui sicut liberasti mo ysem de manu pharaoīs.amē. Libera dn̄e aīam ser-ui tui sicut liberasti iob de passionibꝫ suis.amē. Libe ra dn̄e aīam serui tui sicut liberasti dauid de manu go lie ⁊ de manu saul regis.amē. Libera dn̄e aīaꝫ serui tui sicut liberasti danielē de lacu leonū.amē. Libera dn̄e aīaꝫ serui tui sicut liberasti tres pueros de camio ignis ardētis.amen. Libera dn̄e aīam serui tui sicut liberasti susannā de falso crimine.amē. Libera dn̄e aīam serui tui sicut liberasti petrū ⁊ paulū de vincul̄. amē. Sicut liberasti sctōs seruos tuos de tormentis: sic liberare digneris aīaꝫ serui tui de gehēne incēdiis et ab oībus āgustiis.amē. Sequat̄ cōmēdatio aīaꝝ ⁊ dicat̄ in camera vel ī aula sine nota iuxta corpꝰ: et oīa subseq̄nter simil̄r vsqꝫ ad pcessionē ad hoīeꝫ mortuū

suscipiēdū. post cōmendationē sequat℞. Subuenite sancti dei occurrite angeli dñi suscipiētes aīam ei⁹. Offerentes eam in cōspectu altissimi. ℣. Suscipiat te xp̄us qui vocauit te et in sinu abrahe angeli deducant te. Offerētes. sequat orō sine Dñs vob. ⁊ sine Orem⁹.

Tibi dñe cōmendamus aīam famuli tui. N. vt defūctus seculo tibi viuat: ⁊ que per fragilitatē mundane cōuersationis peccata admisit: tu venia misericordissime pietatis absterge. per eūdē christū dominum nostrum. Amen. Oremus. Oratio.

Misericordiā tuā dñe scē pater omp̄s eterne deus pietatis affectu rogare p alijs cogimur: q pro nr̄is supplicare pctis nequaq̄ sufficim⁹. tamen de tua cōfisi gratuita pietate ⁊ inolita benignitate clemētiā tuā deposcim⁹: vt aīam famuli tui. N. ad te reuertētē cū pietate suscipias: assit ei angelus testamēti tui michael: et per manu⁹ scōꝝ angeloꝝ tuoꝝ in sinu abrahe pr̄iarche tui eā collocare digneris. quatenus liberata de principibus tenebraꝝ et de locis penaꝝ / nullis iam primeue natiuitatis vel ignorātie / aut p̄prie iniquitatis seu fragilitatis cōfundat erroribꝫ: sed poti⁹ agnoscatur a tuis ⁊ scē btitudinis requie p̄fruatur: atqꝫ cū magni iudicij dies aduenerit: iter scōs et electos tuos aggregata / glīa manifeste cōtemplatiōis tue p̄petuo satiet. per xp̄m do. an. Suscipiat te xp̄us qui vocauit te ⁊ in sinu abrahe angeli deducāt te. ps In exitu. tot⁹ p̄s dicat sine Glīa p̄ri. vt inferius patebit. scilꝫ in officio sepulture. Quo finito dicat sacerd. Dñs vobiscum et Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui humano corpori animā ad similitudinem tuā inspirare dignatus es: dum te iubēte puluis in puluerem reuertitur: tu ymaginē tuam cū sanctis

et electis tuis eternis sedibꝫ ꝑcipias sociari: eãq; ad te
reuertentẽ de egipti partibꝫ blãde leniterq; suscipias
et angelos tuos sanctos ei obuiã mittas: viãq; illi iu-
sticie demõstra: et portas glie tue illi aperi. repelle q̃s
ab ea oẽs principes tenebrarum: et agnosce depositũ fide
le qđ tuũ est. Suscipe dñe creaturã tuã nõ ex diis alie-
nis creatã sed a te solo deo viuo ⁊ vero: quia nõ est ali⁹
de⁹ ꝑter te dñe: et non est scđm opa tua. letifica clemẽ
tissime pater aiam serui tui. N. et clarifica eã in mul
titudine mie tue. ne memineris q̃sumus iniquitatuꝫ
eius antiquarum et ebrietatũ quas suscitauit feruor ma
li desyderii. licet eñi peccauerit: tamẽ te non negauit.
sed signo fidei insignitus / te qui oĩa et eum inter oĩa
fecisti fideliter adorauit. Qui viuis et regnas de⁹ per
oĩa secula seculorum. Amen. an. Chorus angelorum. ps.
Dilexi: qm̃ exaudiet dñs vocẽ orõnis mee. Quia
inclinauit aurem suã michi: et in diebus meis
inuocabo. Circũdederũt me dolores mortis: ⁊ ꝑicula
inferni iuenerũt me. Tribulationẽ et dolorem iue-
ni: et nomen dñi inuocaui O dñe libera aiam meam:
misericors dñs et iustus: et deus nr̃ miseret. Custodi
ens paruulos dñs: huiliatus sũ ⁊ liberauit me. Con-
uertere aia mea in requiẽ tuã: q2 dñs bñfecit tibi. Qꝛ
eripuit aiam meã de morte ocl'os meos a lacrimis: pe
des meos a lapsu. Placebo dño: i regione viuorum. ps.
Credidi propter quod locutus sum: ego autẽ hu
miliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo:
omnis homo mendax. Quid retribuam dño: pro om
nibus que retribuit michi. Calicem salutaris accipi
am: et nomen dñi inuocabo. Uota mea dño reddam
coram omni populo eius: preciosa i conspectu domini
mors sanctorum eius. O dñe quia ego seruus tuus: ego

seruus tu⁹ ꝛ filius ancille tue. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiā laudis: ꝛ nomen dn̄i inuocabo. Uota mea dn̄o reddam in cōspectu oīs populi eius: in atriis domus dn̄i in medio tui hierusalem. ps.

Laudate dominū omnes gentes: laudate eum omnes populi. Quoniā confirmata est super nos misericordia eius: et veritas dn̄i manet i eternū.

Confitemini dn̄o quoniā bonus: quoniā in seculū misericordia eius. ps. Dicat nūc israel qm̄ bonus: quoniā in seculū misericordia eius Dicat nūc domus aaron: quoniā in seculū misericordia eius Dicant nūc qui timent dn̄m: quoniā in seculū misericordia eius. De tribulatione iuocaui dn̄m: et exaudiuit me in latitudine dn̄s Dn̄s michi adiutor: nō timebo quid faciat michi homo. Dn̄s michi adiutor: ꝛ ego despiciam inimicos meos. Bonū est cōfidere in dn̄o: q̄ȝ confidere in hoīe. Bonū est sperare in dn̄o: q̄ȝ sperare in principibus. Omnes gētes circuierūt me: et in nomine dn̄i quia vltus sum in eos. Circūdantes circūdederūt me: et in noīe dn̄i quia vltus sū in eos Circūdederūt me sicut apes ꝛ exarserūt sicut ignis i spinis: et in nomine dn̄i quia vltus sum in eos. Impulsus euersus sum vt caderē: ꝛ dn̄s suscepit me. Fortitudo mea et laus mea dn̄s: et factus est michi i salutē Uox exultationis et salutis: in tabernaculis iustoꝝ. Dextera dn̄i fecit virtutē dextera dn̄i exaltauit me: dextera dn̄i fecit virtutē. Non moriar sed viuā: et narrabo opera dn̄i. Castigans castigauit me dn̄s: et morti nō tradidit me. Aperite michi portas iusticie et igressus i eas cōfitebor dn̄o: hec porta dn̄i iusti intrabunt in eā. Cōfitebor tibi dn̄e qm̄ exaudisti me: ꝛ fact⁹ es michi i salutē Lapidē quē reprobauerūt edificātes: hic fact⁹

est in caput anguli. A dño factũ est istud: et est mirabile in oculis nostris. Hec est dies quã fecit dñs: exultemus et letemur in ea. O dñe saluũ me fac o dñe bene prosperare: benedictus qui venit in nomĩe domini Benedicimus vobis de domo dñi: deus dñs et illuxit nobis. Constituite diem solennem in condẽsis: vsqꝫ ad cornu altaris. Deus meus es tu et confitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te. Confitebor tibi dñe quoniã exaudisti me: et factus es michi in salutẽ. Cõfitemini dño quoniã bonus: quoniã in seculũ misericordia eius. ps. Beati imaculati. vsqꝫ ad Ad dominũ cũ tribularer. sine Gloria patri. Finitis psalmis incipiatur an. Chorus angelorum te suscipiat: et in sinu abrahe collocet te: vt cũ lazaro quondã paupere eternã habeas requiẽ. qua finita dicat sacerd. Orem⁹. or

Diri vulneris nouitate ꝑcussi ⁊ quodãmodo cordibus sauciati misericordiam tuã mundi redẽptor flebilibus vocibus iplorãmus: vt cari nostri. N. animã ad tuam clementiã qui fons es pietatis reuertentem blande leniterqꝫ suscipias: ⁊ si quas illa ex carnali cõmercione cõtraxit maculas: tu deus solita bonitate clemẽter deleas/ pie indulgeas/ obliuioni iperpetuũ tradas: atqꝫ hãc laudẽ tibi cũ ceteris reddituram et ad corpus propriũ quandoqꝫ reuersuram: sctõꝝ tuorum cetibus aggregari precipias. Qui cũ deo patre ⁊ spũ sancto. Hic roget sacerd orare pro eo ita dicẽs. Pro aĩa. N. ⁊ pro aiabꝫ oĩm fideliũ defũctoꝝ. Pater nr̃. Et ne nos. Sed libe. Requiẽ etnã do. eis do. Et lux ꝑpetua. A porta inferi. Erue dñe. Non itres in iudiciũ cũ seruo tuo dñe. Quia nõ iustificabit in cõspectu tuo

Partem vtẽ re- Coĩs viuẽs. Dñs vobiscũ. Ore⁹.
surrectionis obtineat: vitãqꝫ eternã mereatur

habere in celis. per te saluator mūdi q̄ cū p̄re ⁊ sp̄ū sācto viuis ⁊ regnas de⁹ p oīa scl'a scl'o℞. Amē. Oremus

Deus cui soli cōpetit medicinā p̄stare post mortē: tribue q̄s vt aīa famuli tui N. terrenis exuta contagiis: in tue redemptionis parte numeretur.

Absolue q̄s dn̄e aīam famuli tui N ⁊ aīas oīm fideliū defuncto℞ ab omni vinculo delicto℞: vt in resurrectionis glīa inter scōs et electos tuos resuscitati respirent. Per chr̄istū dn̄m nostrum. Amen.

Deinde si corpus regis functi fuerit qui migrauit ex hoc seculo: primo a suis cubiculariis corp⁹ eiusdē aqua calida siue tepida lauetur: Deide balsamo cū aromatibus vngatur per totum et postea in panno lineo cerato inuoluatur: ita tamē q̄ facies et barba illi⁹ tantū pateāt: et circa manus et digitos ipsius dictus pānus ceratus ita sit deposit⁹: vt quilibet digitus cū pollice vtriusq̄ man⁹ singilatim isuat per se acsi man⁹ eius cerotecis lineis essent coopte. Deinde corpus iduatur tunica vsq̄ ad talos longa: et desup pallio regali adornetur. Barba vero ipsius decēter cōponat sup pectus illi⁹: ⁊ postmodū caput cū facie ipsius sudario serico coopiat: ac deīn corona regia aut diadema capiti eiusdē apponatur. postea iduātur manus ei⁹ cirotecis cū aurofragus ornatis: et in medio digito dextre manus īponatur anulus aureus aut deauratus: et ī dexta manu sua ponatur pila rotunda deaurata: in qua virga deaurata sit fixa a manu ipsius vsq̄ ad pectus protēsa: ī cuius virge sūmitate sit signū dn̄ice crucis: quod super pectus eiusdē principis honeste debet collocari. In sinistra vero manu sceptrum deauratum habeat: vsq̄ ad aurem sinistram decēter protēsum: ac postremo tibie et pedes ipsius caligis sericis et sandaliis in

dnantise. Denicz dictus princeps ita adornatus cū regni sui pōtificibz et magnatibz ad locū quē pro sua sepultura prius elegerit cū omni reuerētia deferatur: et cum exequiis regalibz honestissime tradat sepulture ¶ Si vero corpus alteri⁹ fuerit: tūc tm lauetur corpus aqua tepida vel calida si placeat: et postea lintheamie mūdo honeste īuoluat et ī feretro locet: clericis īterim dicētibz vespas de die et de sctā maria et postea vigil. mortuorꝝ vt īfra patebit. Quibz dictis: dicātur sine nota ps. sequeñ. videlz ps. Verba mea. ps Dñe ne ī furo. i. q̄re hos. ps īfra in vigil. mortuorꝝ in. i. noc. p. Dilexi ps Credidi. q̄re vtš. ps. De pfūdis. ps Voce mea. q̄re infra post laud mort. quibz finitis dicat ā. Requiē eternā dona eis dñe et lux ppetua luceat eis. kyriel. xpel. kyriel. pater nr. Et ne nos. Sed libera. Requiē eternā Et lux ppetua. A porta inferi. Erue dñe. Non ītres in iudiciū. Quia nō iustificabit. Dñs vobiscū. Oremus.


Suscipe dñe aīam famuli tui. N. ad te reuertentem: veste quoqz celesti īdue eam et laua eā sācto fonte vite eterne. vt īter gaudētes gaudeat: et īter sapiētes sapiat: et īter martyres coronata īcedat: et īter patriarchas et pphetas pficiat: et īter apostolos xpm sequi studeat: et inter angelos et archāgelos claritatē dei videat: et īter paradisi rutilos lapides gaudiū dei possideat/ noticiā mysteriorꝝ dei agnoscat: et īter cherubin et seraphin claritatē dei videat: et inter viginti quattuor seniores cantica canticorꝝ audiat. et inter lauantes stolas suas in fonte luminis vestem lauet. et inter pulsantes portas celestis hierusalē aptas repiat et inter vidētes deū facie ad faciē videat. et inter cantantes cāticū nouū cātet. et īter audiētes celestē sonū audiat. per xpm dñm nostrū. Sequatur alia oratio.

Suscipe domine animam famuli tui. N. quam de ergastulo huius seculi vocare dignatus es: & libera eā de principibus tenebrarū et de locis penarū: vt absoluta omni vinculo peccatorum: quietis ac lucis eterne beatitudine perfruatur: et inter sanctos et electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Qui cum deo patre. & cetera. Anima eius et anime omnium fidelium defunctorum per dei misericordiam requiescant in pace. Amen. Deinde deportetur corpus ad ecclesiam: ibidē vel in cimiterio humandū.

¶ Quando deportari debet corpus defuncti ad ecclesiam: inprimis sumat sacerdos spiculam et aspergat aquam benedictam super corpus exanime interim dicendo psalmum De profundis. quo dicto sequat Kyrieleyson. Christe el. kyrie el. pater noster. Et ne nos. Requiem eternam. A porta inferi. Credo videre. Dominus vobiscum. Oremus. Or. Inclina dñe. et oratio Fidelium deus. et finiantur sub vna conclusione sic Qui cū deo patre. & cetera. Requiescant in pace. Amē

Si vero fuerit corpus mortuū cum processione suscipiendū: tūc eodem modo ordinetur processio sicut in simplicibȝ dñicis: preter φ in hac processione sacerdos et ministri eius in albis cū amictibus induti incedant chorus autē in capis nigris quotid. Et cum ad locum destinatū puenerit pcessio: cadauer ipm sacerd aqua bñdicta aspgat: & postea thurificet iterim dicēdo. psm De profundis. vt supradictum est. Deinde in redeundo dū deportatur corpus ad ecclesiam cātetur sequēs anti. cātore incipiēte. ā. Chorus prosequatur.


Subuenite sancti dei occurrite




angeli domini suscipientes animã e




ius offerentes e am in conspe ctu




al tissi mi. ℣. Suscipiat te christus qui vocavit




repetat᷑ ã Subuenite deinde dicat᷑ ps De pfun-
te et in sinu abrahe angeli deducãt te. dis: ⁊ post vnũquẽqꝫ ℣. repetat᷑ ã. ⁊ postea si necesse fuerit dicat᷑ eodẽ ordīe ps In exitu reqre postea ĩ offõ sepul. deinde in itroitu cimitẽrii vel citi⁹ ĩchoet᷑ ℟ Libera me dñe ⁊ dicat᷑ cũ hoc ℣. tñ Dies illa. reqre in Dirige añ laudes. Nunq̃ portet᷑ enĩ corpus alicui⁹ defũcti circa cimiteriũ: sꝫ directe ĩ eccl̃am ⁊ si corp⁹ canõici vl̃ alti⁹ magnatis fuer̃ ĩ chorꝫ deferat᷑: sin autẽ extra corꝫ ĩ eccl̃a p⁹ orꝫ reliquat᷑
¶ In introitu eccl̃ie dicitur hec ã. cãtore incipiẽte. an.




In paradisum deducant te angeli in suũ cõuentũ su



scipiant te martyres ⁊ perducãt te in ciuitatẽ sanctã




hierusalem. ℣. Requiē eternam dona eis domine



et lux perpetua luceat eis.

Repetatur antiphona: In paradisum qua finita sequatur



kyrieleyson. Christeleyson. kyrie leyson. deinde aspgat sacerdꝰ aqua benedicta corpus defuncti et thurificet: rogans astātes orare pro aīa defuncti ita dicēs. Pro aīa N. et pro animabus omniū fideliū defunctoꝝ pater noster Et ne nos. A porta inferi. Non intres in iudiciū. Quia non iustificabitur. Dn̄s vobiscum. Oremus. Oratio

Suscipe dn̄e seruum tuū in bonū habitaculū: et da ei requiē in regno celesti hierusalē vt in sinu abrahe patriarche tui collocatꝰ: resurrectionis diē prestoletur: et iter resurgentes ad gloriam resurgat: ꝛ cū bn̄dictis ad dexterā dei venientibus veniat: et cū possidentibus vitam eternā possideat. Per christū. Anima eius et anime omniū fideliū defunctoꝝ per dei miam in pace requiescant. Amen. Deinde dicātur solēniter vigilie mortuoꝝ: et postea complet de die more solito

¶ Ubi vero in die sepulture deportet corpꝰ ad ecclam tūc imediate post pdictā orō. Suscipe dn̄e dicat cōmēdatio aīarū solēniter vt infra post vigilias mortuorū patebit: et finito pō Dn̄e probasti. statim incipiatur missa pro defunctis. Deinde exeat sacerdos cum stola et aqua benedicta ad locū vbi sepeliēdus est mortuus

et signo crucis signet locū: et postea aspergat aquam benedictam. deinde accipiat sacerdos fossoriū vel aliud instrumentum et aperiat terrā in modū crucis ad longitudinem et latitudinē corporis defuncti dicens **Aperite michi portas iusticie et ingressus in eas confitebor domino: hec porta dñi iusti intrabunt in eam.**

Dicant aūt vigilie mortuoꝝ quotidie cū missa in cap̄ in crastio vsq̨ ad vigiliā natiui. dñi: nisi in festis ix lcōm et a crastio oct epyphīe vsq̨ ad tciā fer. añ pascha: et i ipa tcia feria fiāt vigilie mortuoꝝ cū ix lectionibꝫ in ꝯuentu cū missa in crastio nisi aliqd dup̄ festū impediat: ⁊ tūc fiat p̄dictū seruitiū in aliqua die precedenti ipsius ebdomade que ad hoc vacauerit: videlicet in dñica vel in ii. feria: et sic cōpleatur seruitiū mortuoꝝ vsq̨ ad oct pasche nisi corp⁹ p̄ns forte ꝯtiget

¶ post octauas vero pasche non fit seruitiū mortuoꝝ in conuentu nisi corpus presens affuerit vel dies anniuersarius vel dies tricennalis contigerit vsq̨ in crastinum sancte trinitatis. In crastino autem sancte trinitatis ⁊ ab hinc quotidie fiāt vigilie mortuoꝝ vsq̨ ad aduentū dñi nisi per oct et in oct assūptionis ⁊ natiuitatis beate marie et dedicationis ecclīe. ¶ Canonico vero defuncto statutū est triginta dierū in conuentu obsequiū fieri: et trigita psaltia separatim a quocūq̨ presbytero vnūquēq̨ presbiteroꝝ ac reliquos vero cuiuscunq̨ ordinis sint viginti psalteria cantare: et ab vnoquoq̨ i ebd̄ sua priuatim eius āniuersar̄ celebrare

¶ Impediuntur autē debite vigilie mortuoꝝ per totum annum per festa duplicia i primis et scd̄is vespis nisi corpus presens affuerit: et in octa. die epyphanie et in aliis octa. quando dr̄ hymnus **Saluator mundi.** In oībus etiā aliis festis nouē lec. et i dñicis ⁊ in festis

triū lcōnū ⁊ in oct in quibꝫ chorꝰ regit in primis vespis tm̄. Similr̄ fiat in cōmeōratione btē marie ⁊ scti loci
¶ Fiāt aūt vigilie mortuoꝝ cū nouē ps̄ is/ix aīis ⁊ ix. l
qn̄cūqꝫ corpus adest presens vel quando dies anniuersarius vel dies tricēnalis cōtigerit: nisi in tp̄e paschali
¶ In paschali vero tp̄e dīr tres ps̄ ⁊ tres lcōes cū tribꝫ aīis sup ps̄ os aū lcōes qualiscūqꝫ nocturnꝰ dr̄: ⁊ oēs ā sup ps̄ os ad vs̄ sc ꝫ ad **Placebo** ⁊ ōs āe sr̄ ps̄ os l laud̄ dicāt
¶ Post octauas vero pasche in quacūqꝫ feria inchoetur officiū mortuoꝝ: incipiatur an in primo nocturno: et cōpleantur duo sequentes nocturni in eadē ebdomad̄ si fieri potest: siue autem fieri potest siue nō: deinceps non seruetur ordo nocturnoꝝ: sed feriaꝝ in hoc tēpore sicut in aliis temporibꝫ obseruetur. Ita tamē ꝙ quandocūqꝫ fit seruitiū pro corpe p̄senti cuiuscūqꝫ fuerit et i anniuersariis et trigintalibꝫ ep̄oꝝ in predicto tp̄e: sp aīe ps̄ v. lcōes ⁊ duo Rꝫ a dicantur de primo nocturno
¶ Sciendū est ꝙ in tp̄e paschali sp erit triū ℟ **Libera me dn̄e de morte**. cū his tribꝫ ℣. scꝫ **Dies illa**. ℣. **Quid ergo**. ℣. **Nūc christe**. Quandocūqꝫ dicāt hoc p̄dictū ℟ **Libera me dn̄e**: semp reincipiatur post vltimū ℣sum
¶ In anniuersar̄ vero ep̄oꝝ et qn̄cūqꝫ corpꝰ adest p̄ns et in die animarū tantū: tercium sextū et nonum ℟. debent repeti ab illis clericis qui ℣. ℟ioꝝ cantauerūt
¶ In quotidianis obsequis mortuoꝝ videlꝫ qn̄ corpus nō est p̄ns/vel dies anniuersar̄ vel tricēnalis nō habet tūc fiāt vigil' mortuoꝝ cū tribꝫ lectionibꝫ tm̄ et ix ps̄ ⁊ vna sola ā. sup ps̄ os hoc mō. Ad vs̄ vna sola ā. scꝫ **Placebo**. ps̄ **Dilexi**. ps̄ **Ad dn̄m cū tribul'**. ps̄ **Leuaui**. ps̄. **De p̄fūdis**. ps̄ **Cōfitebor**. iii. Repetita ā. post ps̄ os: dicat sacerd̄ executor officii ℣ **A porta inf'e**. ℟ **Erue dn̄e ā**. **Audiui vocē**. ps̄ **Magnificat**. Sequatur kyriel'. Xp̄el'.

kyriel' pater nr. vel de sine pnūciatione Et ne nos dicat iste ps sine nota Lauda aīa mea d. finito ps dicat sacerd loco nec his mutato ꝟ Requiē e. Et lux. A porta īferi. Erue do. Credo vi. In tra vi. Dñs vo. Et cū sp. tres or dicāt tā ad Placebo q ad Dirige sub determinatione: quar prima p epis scda p frib et sororib tcia gnal. Et dicāt iste or ad Placebo p totū annū. or De⁹ qui iter aplicos. or De⁹ venie. or Fideliū d. nō dicat Dñs vo. neq Reqescāt i pa. s; stati sine init. icipiat ā. Dirige. tamē qn Dirige nō dicatur stati post Placebo vt l xl. ꝛ qn or pdicte dicāt in laud vt a die aīar vsq ad quartā fer an pascha: tūc dicat ab ipo sacerd executor officii ꝟ Reqescāt in pace. sine Dñs vobiscū. p⁹ or ad Dirige. sup ōs pos an lcōes hec sola ā. Dirige. ps Verba mea. ps Dñe ne i furo. ps Dñe de⁹ meus i te sp. ps Dñs regit me. ps Ad te dñe leuaui. ps Dñs illuīnatio ps Expectās expe. ps Btūs qui intelligit. ps Quēad modū. repetita an. post pos: sacerd executor officii dicat ꝟ. Cōplaceat tibi dñe vt eruas me. ℟. Dñe ad adiuuādū me f. pr nr deiñ dicat sacerd i audiētia: Et ne nos. chor⁹ Sz libera nos. simil' in audiētia. Oēs lect legāt in scda forma: ꝟ. quoq ℟ior ab ipis lectorib dicant: Ita q pria et tcia lcō ex pte chori legant: ꝛ scda lcō ex alia pte. ꝛ hec oīa sine nota dicāt stati post vespas d scta maria an cōplet de die. In lcōib legendis ꝛ ℟iis cantādis ordo feriar seruetur/ videl; die dñica ꝛ feria quarta: lcōes ꝛ ℟ia de primo nocturno et scda ꝛ qnta feria lcōes ꝛ ℟ia de scdo noct. et tcia ꝛ sexta fer. l' ꝛ ℟ia de tcio noct. ita tñ q semp in tcia ꝛ sexta fer sit tciū ℟ Libera me dñe de viis iferni. In obseqis mortuor cū nouē pis ꝛ trib lectionib: terciū ℟ nunq repetat an laudēs qn sequunt laud cōtinue/ vt a festo scte trinita.


vsq ad festū oīm sctōꝝ dicat sacerd̄ hūc ꝟ. Requiescāt in pace. ℟. Amē. In laud̄. hec sola. ā. Exultabūt. ps. Miserere. Te decet. Deus de⁹ me⁹. Ego dixi. Laudate dn̄m de cel. Repetita. ā. post. ps̄. dicat sacerd̄ ꝟ. Requiē eternā. ℟. Et lux. ā. Ego sū. p̄. Bn̄dict⁹ sequat kyriel xp̄el. kyriel. pr nr. Deinde sine pnūcia. Et ne nos: dicat sine nota ps Exaltabo deiñ dicat sacerd̄ Requiem eternam. Et lux. A porta. Erue dn̄e. Credo videre. In terra vi. Dn̄s vobiscū Orem⁹. Or. De⁹ cuius mīe. or Inclia dn̄e. ꝛ finiant sub vna terminatōe sic per xp̄m dn̄m no. sequat Orem⁹. deiñ dicūt orōes p defūctis familiaribꝫ ad placitū: qbꝫ expletis sequat orō gn̄alis ī audiētia scꝫ Alabꝫ q̄s do. q̄ termiet sic Qui cū deo pr̄e et spū sancto viuis ꝛ regnas deus per oīa secula seculoꝝ. Amen. Requiescāt in pace. Amen. sine Dn̄s vobi. Qn̄ laud̄ nō sequūt cōtinue p⁹ lcōes vt a die alaꝝ vsq ad quartā feriā an̄ pascha: tūc nō dicat an̄ laud̄ ꝟ. Requiescāt in pace: sed post vltimū ℟ dicat kyriel xp̄el kyriel. pater nr sine Et ne nos. Deīde dicat ps Exaltabo sine nota cū ꝟ. et orōibꝫ q̄ dicēde sūt ad laud̄ alio tēpore. Laudes vero tūc dicūtur post matut de die ꝛ de sctā maria supradicto mō: ꝛ tunc post psal. Bn̄dictus dr kyriel xp̄el kyriel pater noster sine Et ne nos cū p̄. Voce mea. it. cū ꝟ et orōnibus q̄ dicebant ad placebo et hec omnia tā ad placebo q̄ ad Dirige sine nota dicuntur. ¶ Sciendum est q̄ quandocūq dicitur seruitiū mortuoꝝ in cōuentu nisi corpus presens fuerit vel anniuersari⁹ ep̄oꝝ vel decanoꝝ: ꝛ nisi in die animarū semꝑ dicit placebo sedendo vsq ad an. post ps̄. similiter fiat in laud̄. ad Dirige vero per totū tp̄s sedet chorus nisi dū an. sup ps̄ ante lectiōes dicit vsq ad inceptionē lect. Ita tū q̄ lcōes et ꝟ ℟ioꝝ stando dicunt: et

legātur ab illis clericis scilȝ qui [illegible] sūt tūc: chorus vero iterum sedeat. In repetitione autē noni R̄ū post vltimū v̄. stet chorus vsqȝ ad primā an. incipiēdā super laudes. Prostratus vero debet esse chorus in omni feria quādo de feria agitur extra tēpus paschale in vigiliis mortuor̄ triū lc. ad **Placebo**. et quā dr̄ **Kyrie el.** donec vltia orō cōpleatur: et ad **Dirige** similr̄. dū dr̄ **Pat nr̄** ante lcōes ⁊ post vltimū R̄: qn̄ nō sequitur continue laudes: et post psal. **Bn̄dict⁹** eodē modo vsqȝ post [illegible] **Magnū** ad **Placebo**. Et hoc sit gn̄ale per totū annū: q quotiēs fiunt genuflexiones in choro ad vesperas vel ad matutinas diei: totiēs fiant i sequētibȝ obsequio mortuor̄ quibus fiāt nouē lectiōes: nisi corpus presens fuerit vel dies anniuersar. eiusdē ecclesie epōr. tūc et genuflectere chorū nō licet: sed cōtinue stare tenet̄ ad **Placebo** quousqȝ finiat̄: et etiā in singulis nocturnis ad **Dirige**. dū dr̄ orō dn̄ical. an lcōes ⁊ l laud tūc ad. v. p. o. **Miserere**. et a versiculo ante psalmum **Benedictus**: quousqȝ illius obsequii officium expleatur. In reliqua psalmodia ⁊ in omnibus aliis sedere debet. Sciendū est q̄ in vigiliis mortuor̄ nunq̄ fiūt prostrationes in paschali tēpore: nec in aliquo festo triū lectionum vel nouē lectionū nec i cōmemōa. beate marie vel scti loci: nec in oct nec īfra oct sāctor̄. Cū vero corpus adest pn̄s et i anniuersariis epōr̄ oēs clerici stare tenent̄ ad **Placebo**. per totū tēpus ad **Dirige**. vt in alio tempore ad laudes similiter per totū tp̄s nisi ab īceptiōe psal. **Te decet**: vsqȝ ad v̄. ante **Bn̄dictus**. In vigiliis quoqȝ mortuor̄ iii l. extra tp̄s paschale oēs v̄sicu. dicāt a sacerdote executore officii loco nec habitu mutato. In vigi. mortuor̄ ix l. simpli. prima an. super p̄os ad **Placebo** in superiori gradu inchoet̄. cetere oēs ā. i. i. forma discurrāt

excepta an. sup Magnif. et prima an. sup pos ad Dirige
et prīa ā. ad laud et a. sup Bndict⁹ q in supiore gradu
discurrāt. Tres prime le. ī prīa forma legant: loco nec
situ mutato. sua quoqꝫ Rēia ab eisdē lectoribz cātent.
Tres medie lcōes ī scda forma cū suis Rēiis dicāt. tres
ultie lcōes ī supiore gradu eodē mō cū suis Rēiis dicāt
Ita tamē q scds v. ultimi Rēii in eodē gradu ex opposi
to dicatur. Tertius similiter ex pte chori in eodē gradu dicat
cetera ut pdictū est sūt exequenda. ¶ Iste mod⁹ seruitii
mortuor locū habet in oī anniuersar. et trigint. post
primū diē trigintal. In anniuersariis tamē simplici.
canonicor ultimū Rē. a duobz de supiori gradu dicat
ad gradū chori situ nō mutato cū suis tribz v. In pri
ma quoqꝫ die trigint. simplicis canonici eodem modo
ultimū Rē. dicat sed tn̄ post ultim v. Rēii ab ipsis cāto
ribz ad gradū chori repetat Rē et a choro pcātet. Preterea
sexta lcō ī supiore gradu cū suo Rēio dicat. In āniuersa
riis diaconor et subdiaconor vl succētor mo
dus seruitii fiat sicut ī prīo trigint simplicis canonici
In anniuersar cātor thesaurar cācellar. an. que in
simplicibz vigil solēt esse in prima forma: in scda for
ma discurrāt. cetera ut ī die trigint. de canonicis. In
anniuersar decani simile seruitiū obseruet qd de cet.
persōis excepit q tertia lcō in scda for. sexta lcō in supiore
gradu cū suo Rē. dicat. De psonis vo eccl'e ī epos pmo
tis ī aliis ecclīis fit seruitiū ī eor āniuersa. iuxta digni
tatis sue exigētiā quā ante pmotionē in ecclia Sar.
habuerūt. De aliis vero epis extraneis et pro regibus
pro quibz fit seruitiū: eodē modo fiat quo in anniuer.
canonic. simpli. Sciēdū tamē est q de aliis solūmodo
fit seruitiū in anniuersariis q scribūtur ī martilogio.
Sciendū est autē q in āniuersario quattuor princi-


paliū psonarū excellētior sacerdos exeqtur offiū. Eps
vero i anniuersar. epoR pdecessoR officiū exeqtur. In
anniuersar. ꝛ trigintalibꝫ epoR Sar. ecclie: totū ser-
uitiū discurrit more duplicis festi sciꝫ Johānis bapti.
habitus tamē nō mutetur in legēdo vel cantādo. Ta
bula etiā de lectionibꝫ legēdis ꝛ Rꝭis cantādis dispo-
nitur sicut in pdicto festo. excepto ꝙ nullū R. a tribus
cātatur nisi nonū. Terciū quoqꝫ sextū ꝛ nonū repetan
ab illis clericis qui v. RioR cantauerūt. lectiones vero
nō in pulpito sed ad gradū chori sup lectrinū legātur.
Executor tamē officii in orationibꝫ dicēdis locū nō
mutet nec habitū. Oēs aūt v. dicātur ꝛ respōdeantur
sub eodē tono quo in tribꝫ noctibꝫ ante pascha: sed ī
audiētia nō respōdeant. ¶ In oibꝫ aliis anniuersar.
et trigint. prima ā. sup primū pm ad **Placebo** in supio
ri gradu inchoet. cete oēs āe. in scda forma discurrant p
ordinē: excepta ā. sup pm **Magn.** et prima ā. sup primū
pm. ad **Dirige.** et prima ā. ad laud et ā. sup **Bndictus**
que in supiore gradu discurrāt. Sex prime lectiones
in scda forma legātur: loco nec hitu mutato. V. quoqꝫ
RioR ab eisdē lectoribꝫ cātent. Septima lcō cū v. Rꝭ
suis ꝛ sic deinceps i supiore gradu supradicto mō discur
rant. Ita tamē ꝙ nonū R. a duobus de supiore gradu
cantetur ad gradū chori habitu nō mutato cū suis v.
¶ Et sciēdū est ꝙ sp dicat a sacerdote **Et ne nos.** post
Pater nr. ante inceptionē lectionis qūcūqꝫ dicat serui
tiū mortuoR tā triū ꝙ nouē lectionū. Oēs vero v. ab
aliquo sacerdote de supiore gradu dicant sub eodē to-
no qui i tribꝫ noctibꝫ āte pascha loco nec hitu mutato
vel ab executore officii et rūdeat chorꝰ suprадicto mō.
¶ Quādo vero fit seruitiū pro corpe presenti non pro
canonico: oēs an. preter quinqꝫ principales in secunda

forma supradicto modo discurrant. due prime lcões cũ suis ℟. i prima forma: tciã ꝙquartũ in scda for. qntã ꝛ sic deinceps i supiore gradu. Sigula vo ℟ia a duobus ad caput defũcti ad oriētē cōuersis habitu nō mutato cātent. vltim vo ℟ a tribꝫ cũ repetitiōe cātet: loco et habitu supradis. Ita tñ ꝙ ab ipis cātoribꝫ cātet ꝛ ichoet Siguli vo vsiculi a duobꝫ pueris ibidē dicant habitu nō mutato.




nō respondeatur in audientia:

Requiem eternā dona eis domine. quādo dicitur a duobus. cetera vt in vigiliis predictis.




Et lux perpetua luceat eis.

Si vero fuerit corpꝰ canonici cuiuscunqꝫ: eodē mō fiat seruitiũ sicut i anniuersariis epor eiꝰdē eccle. In vigiliis mortuor. ad vespas sine De' i adiutoriũ incipiatur in superiore gradu antiphona.



Placebo. Amen. ps Dilexi quoniam exaudiet



Quia inclinauit aurem suã michi: ꝛ i diebus meis inuocabo. dominus vocē orationis mee. Circũdederunt me dolores mortis: et picula iferni iuenerũt me. Tribulationē et dolorē inueni: ꝛ nomē dñi inuocaui. O dñe libera aiam meã: misericors dñs ꝛ iustꝰ: ꝛ deus noster miseret. Custodiēs paruulos dñs: humiliatus sũ et liberauit me. Cōuertere aia mea in requiē tuã: quia dñs benefecit tibi. Quia eripuit aiam meã de morte

oculos meos a lachrymis/pedes meos a lapsu. Iste se
quēs ℣.scilz Placebo dño:in regione viuor. eo q idē
est cū antiphona seqnti nō dicat p ℣su nisi tm in quo
tidianis obseqs mortuor. qn vna sola an. dr sup. pos
sed finito versu Quia eripuit. imediate sequatur an.




an. Heu me. Amen.

Ad dñm cū tribularer clamaui:z exaudiuit ps.
me. Dñe libera aiam meā a labiis iniqs: et a
lingua dolosa. Quid detur tibi aut qd apponat tibi:
ad linguā dolosam. Sagitte potētis acute:cū carbo-
nibz desolatoriis. Heu michi qz incolatus meus plō-
gatus est:habitaui cū habitātibz cedar multū incola
fuit aia mea. Cum his qui oderūt pacem erā pacifi-
cus:cum loquebar illis impugnabant me gratis. an.



an. Dñs.

Leuaui oculos meos in mon-
tes:vnde veniet auxiliū mi-
chi. Auxiliū meū a dño: q fecit celū
et terrā. Nō det in cōmotionē pedē Amen. ps.
tuū:neqz dormitet qui custodit te. Ecce non dormita
bit neqz dormiet:qui custodit israel. Dominus custo-
dit te dñs protectio tua:super manum dexterā tuam.
Per diem sol non vret te:neqz luna per noctem. Do
minus custodit te ab omni malo: custodiat animam
tuam dominus. Dominus custodiat introitum tu-
um et exitū tuum: ex hoc nunc et vsqz in seculum. an.




Dominus custodit te ab omni malo custodiat ani



mam tuã dominus. an. Si iniquitates. Amen. ps.

De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meã. Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit. Quia apud te propiciatio est et propter legẽ tuam sustinui te dñe. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino. A custodia matutina vsq; ad noctem: speret israel in dño. Quia apud dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius.

Antiphona. Si iniquitates obseruaueris domine:



domine quis sustinebit. an. Opera. Amen ps.

Confitebor tibi dñe in toto corde meo: qm̃ audisti verba oris mei. In cõspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templũ sanctũ tuũ et confitebor noĩ tuo. Super misericordia tua et veritate tua: qm̃ magnificasti sup oẽ nomẽ sanctũ tuum. In quacũq; die iuocauero te exaudi me: multiplicabis in aĩa mea virtutẽ. Cõfiteãtur tibi dñe oẽs reges terre: q2 audie

rūt oīa verba oris tui. Ut cātent in viis dñi: qm̄ magna est glia dñi. Qm̄ excels⁹ dñs et huilia respicit: et alta a lōge cognoscit. Si ābulauero i medio tribulationis viuificabis me: et sup irā inimicor meor extēdisti manū tuā: et saluū me fecit dextra tua Dñs retribuet p me: dñe mīa tua i sclz opa manuū tuar ne despicias

Deinde dicit v. hoc mo

an. Opera manuū tuar domine ne despicias. do.


R. Erue dñe aīas eor. Et sciēdū est q̄ qñcūq3 corp⁹ presens fuerit: et i anniuersariis et trigintal. epor sar ecclesie: et i die aīar oēs v. tā ad placebo q̄ ad Dirige. a duob3 pueris pariter stantib3 ad orientem cōuersis habitu nō mutato: sub tono supradicto cantētur et sub silētio respōdeantur. Ita q̄ in anniuersariis et trigitalib3 epor et in die aīar ad gradum chori in medio: et qñcunq3 corpus presens affuerit: ad caput defuncti dicant. In oībus vero aliis anniuersariis et trigintalib3 et qn̄ vltimo fit seruitiū mortuor añ pascha: ōs v. ab aliquo sacerd. in supiori gradu vel ab executore officiū loco nec hītu mutato sub tono supradicto dicāt: et tūc sp respōdeat chorus sub hoc tono.

A porta inferi.


R. Erue dñe aīas eor. ā. Audiui vocē. Amen. ps.

Magnificat: anima mea dominū. Et exultauit spūs me⁹: in deo salutari meo. Quia respexit humilitatē ancille sue: ecce eni ex hoc beatā me dicent oēs generationes. Qz fecit michi magna q potēs est:

et sanctū nomen eius Et misericordia eius a pgenie in progenies: timētibus eum. Fecit potentiā in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potētes de sede: et exaltauit humiles. Esuriētes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerū suū: recordat⁹ misericordie sue. Sicut locutus est ad patres nostros: abraham & semini eius in secula. Nunq̄ eni thurificet corp⁹ alicuius defūcti ad placebo vel ad Dirige secundum vsum Sar. Anti.




Audiui vocē de celo dicētē beati mortui q̄ in dn̄o mo




riuntur. Kyrieleysō. Christeleysō. Kyrie leyson. pater noster. Dein sine pnūciatiōe Et ne nos dicat iste ps. sine nota.

Lauda anima mea dominū: laudabo dn̄m in vita mea: psallā deo meo q̄ diu fuero. Nolite confidere in principibꝫ: nec in filiis hominū in quibus non est salus. Exibit spiritus eius et reuertetur in terrā suam: in illa die peribunt oēs cogitationes eorꝫ. Beatus cuius deus iacob adiutor eius spes eius in dn̄o deo ipsius qui fecit celū et terrā / mare et oīa que in eis sunt. Qui custodit veritatē in seculū: facit iudiciū iniuriā patiētibus dat escā esurientibus. Dominus soluit compeditos: dn̄s illuminat cecos. Dominus erigit elisos: dn̄s diligit iustos. Domin⁹ custodit aduenas: pupillū et viduam suscipiet: et vias peccatorꝫ disperdet. Regnabit dn̄s in secula de⁹ tuus syon: in generatione et generationē. Finito psalmo


dicat sacerdos loco nec habitu mutato versiculum.




Requiē eternā dona eis dñe. Et lux perpetua luceat



eis. A porta inferi. Erue dñe aīas eor. Credo vide=



re bona dñi. In terra viuentiū. Dñs vobiscū. Et cū



Sciendū est q̄ qñcūq; corpus adest p̄sens nisi fuerit epī/regis/regine vel alteri⁹ magnatis semp dicant

spū tuo. Oremus. sub tono seq̄nti ⁊ sub vna coclusione tā ad placebo q̄ ad Dirige quattuor orōnes quarū prima sit pro corpe p̄senti. Scda pro epis. Tercia pro fratribus ⁊ sororib;. Et quarta generalis. ¶ Si vero eodem die dies anniuersarius vel trigintale alicuius non complet. cōtigerit: tūc sit scda orō p illo anniuersario vel trigintali: tercia p fratrib; ⁊ sororib;: ⁊ quarta generalis. ¶ Et si trigītale simul cū anniuersario eodē die cōtigerit: tūc sit scda orō pro illo trigintali: tercia pro āniuersario: ⁊ quarta generalis. ¶ Tamen hoc nō vsitatū est in eccl'a Sar: īmo differantur ibidē huiusmodi solēnitates: ⁊ vnaqueq; per se solennitas celebret. licet ī ecclesiis parrochialib; fieri nō valeat. ¶ Similiter in oībus anniuersariis vel trigintalib; semper dicantur quattuor orōnes sub vna cōclusione tam ad placebo q̄ ad Dirige. quar prima sit pro illo

anniuersario vel trigitali. scda pro epis. tercia pro fratribz et sororibz: et quarta gnalis. ¶ Pro corpe pnti cuiuscuqz fuerit tam ad placebo q ad Dirige. dr hec oro

Deus cui pprium est misereri semper et parcere te supplices depcamur pro aia famuli tui vel famule tue N. quam hodie de hoc sclo migrare iussisti: vt no tradas ea in manus inimici nec obliuiscaris i finem sed iubeas illa ab angelis sctis suscipi: atqz ad regione viuorum pduci: et quia in te sperauit et credidit: sanctorum tuorum mereatur societate letari.

In anniuersario de quocuqz fuerit ad placebo tantu dicatur hec seques oro.

Deus idulgetiaru dne da aie famuli tui vel famule tue N. cuius vel quorum anniuersariu depositionis diem comemoramus refrigerii sedem quietis beatitudine luminis claritatem. ¶ Pro trigintali coplendo vel copleto seu comemoratione vnius defuncti vel plurimorum ta ad placebo q ad Dirige dr hec oro.


Deus cui pprium est misereri semp et parcere: ppiciare aie famuli tui vel famule tue. N. et oia eius pcta dimitte: vt mortis vinculis asolutus: vel absoluta / trasire mereatur ad vita. ¶ Pro epis defunctis ad placebo tm dr ista oro.

Deus q iter apostolicos sacerdotes famulos tuos potificali fecisti dignitate ceseri: psta qs vt quorum vice ad hora gerebat i terris: eorum ppetuo cosortio letentur in celis. ¶ Pro fratribz et sororibz ad placebo tm dr ista oro.


Deus venie largitor et humane salutis auctor quesumus clementiam tuam: vt nostrarum cogregationum fratres et sorores qui ex hoc seculo trasierut: intercedete bta maria semp virgine et beato michaele archangelo cu omnibus sanctis: ad perpetue beatitudinis consortiu peruenire concedas.

Oratio generalis. ad placebo tantum dicatur ista oro

Fidelium deus omnium conditor et redemptor animabus omnium fidelium defunctorum remissionem cunctorum tribue peccatorum. ut indulgentiam quam optaverunt: piis supplicationibus conse



quantur. Qui cum deo patre et spiritu sancto vivis et re




gnas deus. per omnia secula seculorum. ℟. Amen.
Non dicitur Dominus vobiscum. neque Requiescant in pace. sed absque intervallo incipiantur matutine mortuorum. ut patet inferius. Tamen quandocunque non dicitur Dirige statim post placebo: ut in die animarum et in .xl. et quando orationes predicte dicuntur in laudibus: ut a die animarum usque ad quartam feriam ante pascha: tunc finita oratione Fidelium. ut supradictum est stati dicat sacerdos executor officii sine Dominus vobiscum hoc modo.



In quotidianis tamen obsequiis mortuorum tercia lectio semper sine nota dicitur: Requiescant in pace. ℟. Amen. et respondeatur. Ad matutinas mortuorum non dicitur Domine labia. nec Deus in adiutorium: sed sine invitatorio et sine psalmo Venite incipiatur antiphona in superiori gradu hoc modo. In primo nocturno. antiphona.

Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum. Intende voci orationis mee: rex meus et deus meus. Quoniam ad te Dirige. Amen. psalmus. orabo domine: mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi et videbo: quoniam non deus volens iniquitatem tu es. Neque

habitabit iuxta te malignus: neq₃ ꝑmanebūt iniusti
ante oculos tuos. Odisti oēs qui opant̄ iniq̄tatē: per-
des oēs qui loquūtur mēdaciū. Virū sanguinū et do
losū abominabitur dñs: ego autē in multitudine mi-
sericordie tue. Introibo in domū tuā: adorabo ad tē
plum sanctū tuū in timore tuo. Dñe deduc me in iu-
sticia tua ꝓpter inimicos meos: dirige in cōspectu tuo
viā meam. Qm̄ nō est in ore eoꝝ veritas: cor eoꝝ va-
num est. Sepulcrū patēs est guttur eoꝝ linguis suis
dolose agebāt: iudica illos de⁹. Decidāt a cogitatio-
nib₃ suis scd̄m multitudinē impietatum eoꝝ expelle
eos: qm̄ irritauerūt te dñe. Et letent̄ oēs qui sperāt i
te: i eternū exultabūt ⁊ habitabis i eis. Et gliabunt̄
in te oēs qui diligunt nomē tuū: qm̄ tu bñdices iusto.
Dñe vt scuto bone voluntatis tue: coronasti nos. an.



Di rige domine de us meus in cōspectu tuo viam



meā. ā. Cōuertere. Amen. ps. Domine ne in furore tuo ar-
guas me: neq₃ in ira tua corripias me. Mi-
serere mei dñe qm̄ infirmus sū: sana me dñe qm̄ con
turbata sunt oīa ossa mea. Et aīa mea turbata est
valde: sed tu dñe vsq₃quo. Conuertere dñe et eripe
aīam meā: saluū me fac ꝓpter m̄iam tuā. Qm̄ nō est
in morte qui memor sit tui: in iferno autē quis cōfite-
bitur tibi. Laboraui in gemitu meo: lauabo per sin-
gulas noctes lectū meū: lacrimis meis stratū meum
rigabo. Turbatus est a furore oculus meus: inuete-
raui inter oēs inimicos meos. Discedite a me omnes

qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocē fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit. Erubescant et conturbentur vehementer oēs inimici mei: conuertātur et erubescāt valde velociter. an.




Cōuertere dñe et eripe aiam meā: quoniā nō est in



morte qui memor sit tui. ā. Nequādo. Amen. ps.

Domine deus meus in te speraui saluū me fac: ex omnibus persequentibus me et libera me. Nequando rapiat vt leo animā meā: dū non est qui redimat neq; qui saluum faciat. Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus michi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animā meam: et comprehendat et conculcet in terra vitam meam: et gloriam meam in puluerem deducat. Exurge domine in ira tua: et exaltare in finibus inimicorū meorum. Et exurge domine deus meus in precepto quod mandasti: et synagoga populorum circundabit te. Et propter hanc in altum regredere: dominus iudicat populos. Iudica me domine secundum iusticiam meam: et secundū innocentiā meam super me. Cōsumetur nequicia peccatorū et diriges iustū: scrutans corda et renes deus. Iustū adiutoriū meū a dño: qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus fortis et patiens: nunquid irascitur per singulos dies

Nisi conuersi fueritis gladiū suum vibrauit: arcum suum tetendit et parauit illū. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturit iniusticiā: cōcepit dolorem et peperit iniquitatem. Lacum aperuit et effodit eum: et icidit in foueā quā fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: et in verticem ipsius iniquitas eius descēdet. Cōfitebor dño scdm iusticiā eius: et psallā nomini dñi altissimi. an.



Nequādo rapiat vt leo animā meam dum non est

℣. A porta iferi ℟. Erue domine aīas eor. pater noster.

qui redimat neqꝫ qui saluū faciat. Deinde dicat sacerdos in audientia sub tono consueto. Et ne nos. Chorus similiter in audientia sub eodē tono respondeat. Sed libera nos. quod per totum annū obseruetur in obsequiis mortuorum cum nota dicendis: qualiscūqꝫ nocturnus dr̃ ante lectiones. ac etiā in die animarum Non dicatur Jube domine benedicere. nec Tu autē. sed ex verbis lcōis finē faciāt lectores. vt ifra patebit.

Lectio. i.

Parce michi dñe: nichil eni sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eū diluculo: et subito probas illū. Vsqꝫquo nō parcis michi: nec dimittis me vt glutiā saliuā meā? peccaui. Quid faciam tibi o custos hominū? Quare posuisti me contrarium tibi: et factus sū michimetipsi grauis? Cur non tollis peccatū meū: et quare nō aufers iiquitatē meā? Ecce nūc in puluere dormio: et si mane me quesieris

non subsistam.

Eodem modo finiantur omnes lectiones in vigiliis mortuorum preter secundam lectionem. Responsorium.

Credo ꝙ redēptor meus vi uit et in nouis- simo di e de ter ra surrectu rus sum. Et in car ne me a vide bo de um saluato rem me um. ℣. Quē visurus sum ego ipse et non ali us et oculi mei con specturi sunt. Et in car ne me.

Tedet animā lectio scda meā vite mee: dimittā aduersum me eloquium me um. Loquar in amaritudi-

ne anime mee: dicam deo noli me condemnare. Indica michi: cur me ita iudices. Nunquid bonum tibi videtur si calumnieris et opprimas me opus manuum tuarum: et consilium impiorum adiuves. Nunquid oculi carnei tibi sūt: aut sicut videt homo et tu vides. Nunquid sicut dies hominis dies tui: et anni tui sicut humana sunt tempora. Ut queras iniquitatē meam: et peccatū meū scruteris: et scias quia nichil impiū fecerim: cū sit nemo qui de manu tua possit eruere.


℟. Qui lazarum resuscitasti a monumento feti dū. Tu eis domine dona requiem et locū indulgēti e. ℣. Qui venturus es iudicare vivos et mortuos et seculum per ignē. Tu eis.

Manus lcō. iii. Manus tue fecerunt me et plasmaverunt me totū in circuitu: et sic repēte pcipitas me. Memēto queso q sicut lutū feceris me: et in pulverē deduces me. Nōne sicut lac mulsisti

me: et sicut caseum me coagulasti: pelle et carnibus vestisti me: ossibus et nervis compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti michi: et visitatio tua custodivit spiritum meum. ℟. Domine quando veneris iudicare terram ubi me abscondam a vultu ire tue. Quia peccavi nimis in vita mea. ℣. Commissa mea pavesco et ante te erubesco dum veneris iudicare noli me condemnare. Quia pec.

Quandocunque corpus adest presens. et in anniversariis episcoporum tantum. ac etiam in die animarum repetatur tercium sextum et nonum ℟. ab illis clericis qui ℣. eiusdem precedentis cantaverunt. In secundo nocturno an. In loco. Amen. ps.

Dominus regit me et nichil michi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. Sup aquã refectiõis educauit me: animã meã conuertit. Deduxit me sup semitas iusticie: ppter nomẽ suũ. Nam et si ambulauero in medio vmbre mortis: nõ timebo mala qm̃ tu mecũ es. Virga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt. Parasti in cõspectu meo mẽsam: aduersus eos qui tribulãt me. Impinguasti in oleo caput meũ: et calix meus inebriãs q̃ preclarus est. Et mĩa tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee. Et vt inhabitem in domo domini: in longitudinem dierum. anti.



In loco pascue ibi me collocauit. ã. Delicta. Amen.

Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescã. Neq3 irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te non cõfundentur. Confundantur oẽs iniqua agentes: superuacue. Vias tuas domine demõstra michi: et semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua et doce me: q2 tu es deus saluator meus et te sustinui tota die. Reminiscere miserationũ tuarum domine: et misericordiarũ tuarum que a seculo sunt. Delicta iuuentutis mee: et ignorãtias meas ne memineris. Secundũ misericordiam tuã memento mei tu: propter bonitatem tuã domine. Dulcis et rectus dñs: ppter hoc legẽ dabit delinquẽtibus in via. Diriget mãsuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Vniuerse vie dñi misericordia et veritas: requirẽtibus testamẽtum eius et testimonia eius. Propter nomen tuũ dñe ppiciaberis pctõ meo: multũ est eni. Quis est homo qui


timet dñm: legē statuit ei in via quā elegit. Anima eius in bonis demorabitur: et semen eius hereditabit terrā. Firmamentū est dñs timentibꝫ eū: et testamē tum ipsius vt manifestetur illis. Oculi mei semꝑ ad dñm: qm̄ ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me ⁊ miserere mei: qꝛ vnicus ⁊ pauꝑ sū ego Tribu lationes cordis mei multiplicate sūt: de necessitatibꝫ meis erue me Vide humilitatē meā et laborē meū: ⁊ dimitte vniuersa delicta mea. Respice īimicos meos qm̄ multiplicati sūt: ⁊ odio īiquo oderūt me. Custo- di aīam meā ⁊ erue me: nō erubescā qm̄ speraui in te. Innocentes ⁊ recti adheserunt michi: qꝛ sustinui te. Libera deus israel: ex omnibꝫ tribulationibꝫ suis. a.

Delicta iuuentutis mee et ignorantias meas ne

memineris domine. a. Credo videre. Amen. ps.

Dominus illuminatio mea ⁊ salus mea: quē ti mebo. Dñs ꝓtector vite mee: a quo trepidabo Dum appropiant super me nocentes: vt edant car- nes meas. Qui tribulant me inimici mei: ipsi infir- mati sunt et ceciderūt. Si cōsistāt aduersū me castra non timebit cor meū. Si exurgat aduersū me preliū: in hoc ego sperabo. Vnā petii a dño hanc requirā: vt inhabitē in domo dñi oībus diebꝫ vite mee. Vt vide am voluntatē dñi: et visitē templū eius. Qm̄ abscō- dit me in tabernaculo suo in die malorum: protexit me in abscōdito tabernaculi sui. In petra exaltauit

me: ꝛ nūc exaltauit caput meū super inimicos meos. Circuiui et imolaui i tabernaculo ei⁹ hostiā vociferatiōis: cātabo ꝛ psalmū dicā dn̄o. Exaudi dn̄e vocē meā qua clamaui ad te: miserere mei ꝛ exaudi me. Tibi dixit coꝛ meū exq̄siuit te facies mea: faciē tuā dn̄e requirā. Ne auertas faciē tuā a me: ne declines in ira a seruo tuo. Adiutoꝛ me⁹ esto ne derelinquas me: neq̧ despicias me de⁹ salutaris me⁹. Q̄m pater me⁹ et mater mea dereliq̄rūt me: dn̄s aūt assūpsit me. Legē pone michi dn̄e i via tua: ꝛ dirige me in semita recta ꝑpter inimicos meos. Ne tradideris me in aīas tribulātiū me: q̄m insurrexerūt i me testes iniq̄ ꝛ mētita ē iniq̄tas sibi. Credo videre bona dn̄i: i terra viuētiū. Expecta dn̄m viriliter age ꝛ cōfoꝛtet coꝛ tuū: ꝛ sustine dn̄m. ā.




V⁹. In memoria eterna erit iu-


Credo videre bona dn̄i in terra viuētium. stus. ℣. Ab auditione mala non timebit. pater nr̄. Et ne. lcō. iiii

Quantas habeo iniquitates ꝛ pctā: scelera mea atq̧ delicta ostēde michi. Cur faciē tuā abscondis: ꝛ arbitraris me īimicū tuū. Cōtra foliū qđ vento rapitur ostēdis potentiā tuā: ꝛ stipulā siccā perseq̄ris. Scribis eni cōtra me amaritudines: ꝛ consumere me vis pctīs adolescētie mee. Posuisti i neruo pedē meū: et obseruasti oēs semitas meas: et vestigia pedū meorum consyderasti. Qui quasi putredo cōsumēdus sū: et quasi vestimentum quod comeditur a tinea. ℟m.







ta mea qd faciam mi ser b bi fu giā ui




sq ad te deus me us mise re re me



i. Dum vene ris in nouissimo di



e. V. Anima mea turbata est val de sed tu do



lectio. v.

Homo nat⁹ de muliere breui mine suc curre e i. Dū. (viuēs tpe replet multis miseriis. Qui quasi flos egredit̄ ꝛ cōterit̄ ꝛ fugit velut vmbra: ꝛ nunq̄ i eodē statu pmanet. Et dignū ducis sup huiuscemodi apire ocļos tuos: ꝛ adducere eū tecū i iudiciū. Quis potest facere mūdū de imūdo cōceptū semie. Nōne tu q̄ sol⁹ es. Breues dies hois sūt: numer⁹ mēsiū ei⁹ apud te est. Cōstituisti terminos eius: q̄ preteriri nō poterūt. Recede ergo paululū ab eo vt qescat donec optata veniat: ꝛ sicut mercenarii dies eius




R. Ne recorde ris peccata me a do mine


p








Quis michi tribuat lectio. vi. vt in iferno ptegas me: et ab scōdas me: donec ptrāseat furor tu? Et cōstituas michi tēpus in quo re- Dum veneris. cordēris mei. Putasne mortu? hō rursū vivat. Cūctis dieb; quib; nūc milito: expecto donec veniat imutatio mea. Vocabis me: et ego respōdebo tibi. Operi manuū tuarū porriges dexterā. Tu quidē gressus meos dinūerasti: s; parce peccatis meis. ℟. Domine secūdū actū me um no





coꝛ ma iestatem tu am bt tu deus dele

as iniqta tem me am. ℣.


Amplius laua me deus ab iniusticia me a ꝛ

a delicto meo mũda me qꝛ tibi so li pecca


ui. I deo. In.iii.no.ã Cõplaceat.Amen.

Expectans expectaui dñm:et intẽdit michi. Et exaudiuit pces meas:ꝛ eduxit me de lacu miserie ꝛ de luto fecis. Et statuit supꝛa petrã pedes meos: et direxit gressus meos. Et inmisit in os meũ canticũ nouũ:carmen deo nr̃o. Uidebunt multi et timebũt: et sperabunt in dño. Beatus vir cuius est nomen dñi spes eius:et nõ respexit in vanitates ꝛ insanias falsas Multa fecisti tu dñe deus meꝰ mirabilia tua:ꝛ cogitationibꝫ tuis nõ est qui similis sit tibi. Annũciaui ꝛ locutus sũ:multiplicati sũt sup numerũ. Sacrificiũ et oblationẽ noluisti:aures autẽ perfecisti michi. Olocaustũ et p pctõ nõ postulasti:tũc dixi ecce venio. In

capite libri scriptū est de me vt facerē voluntatē tuā: de⁹ meus volui ꝛ legē tuā in medio cordis mei. Annūciaui iusticiā tuā in ecclesia magna: ecce labia mea nō prohibebo dn̄e tu scisti. Iusticiā tuā nō abscōdi in corde meo: veritatē tuā ꝛ salutare tuū dixi. Nō abscōdi misericordiā tuā et veritatē tuā: a cōsilio multo. Tu autē dn̄e ne lōge facias miserationes tuas a me: misericordia tua et veritas tua semꝑ susceperūt me. Quoniam circūdederūt me mala quoꝝ nō est numerus: cōprehēderūt me iniquitates mee et nō potui vt viderē. Multiplicate sūt suꝑ capillos capitis mei: ꝛ cor meū dereliquit me. Cōplaceat tibi dn̄e vt eruas me: dn̄e ad adiuuādū me respice. Cōfundātur ꝛ reuereātur simul: qui querūt aīam meā vt auferāt eā. Cōuertātur retrorsū ꝛ reuereant̄: q̄ volūt michi mala. Ferāt cōfestī cōfusionē suā: qui dicūt michi euge euge. Exultēt et letētur suꝑ te oēs querētes te: ꝛ dicāt semꝑ magnificetur dn̄s qui diligūt salutare tuū. Ego autē mēdicus sum et pauper: dn̄s sollicitus est mei. Adiutor meus et protector meus tu es: deus meus ne tardaueris. an.




Complaceat tibi domine vt e- ripias me ad adiuuan-



dum me respice. an. Sana domine. Amen. ps.

Beatus qui intelligit super egenū ꝛ pauperem: in die mala liberabit eum dn̄s. Dn̄s conseruet eum et viuificet eum et beatū faciat eū in terra: et nō tradat eū in animā inimicoꝝ eius. Dominus opem

ferat illi super lectũ doloris ei⁹: vniuersũ stratũ eius versasti in infirmitate eius. Ego dixi dñe miserere mei: sana animam meam quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala michi: quando morietur et peribit nomen eius. Et si ingrediebatur vt videret vana loquebatur: cor eius cõgregauit iniquitatẽ sibi. Egrediebatur foras: et loqbatur in idipsũ. Aduersum me susurrabant oẽs inimici mei: aduersũ me cogitabant mala michi. Verbum iniquũ constituerunt aduersũ me: nunqd qui dormit nõ adiiciet vt resurgat. Etenim homo pacis mee ĩ quo spaui: qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. Tu autẽ dñe miserere mei et resuscita me: et retribuã eis. In hoc cognoui qm̃ voluisti me: qm̃ non gaudebit inimicus meus sup me. Me autẽ propter innocentiã suscepisti: et confirmasti me in conspectu tuo in eternum. Bñdictus dñs de⁹ isrl: a seculo ⁊ in seculũ fiat fiat. a.



Sana domine animam meam quia peccaui tibi. an.

Quemadmodũ desyderat ceru⁹ ad fõtes aquarũ: ita desyderat aĩa mea ad te deus. Sitiuit anima mea Sitiuit. Amen. ps. ad deũ fontem viuũ: quando veniã et apparebo ante faciẽ dei. Fuerũt michi lacrime mee panes die ac nocte: dũ dicitur michi quotidie vbi est deus tuus. Hec recordatus sum et effudi in me animã meam: quoniã transibo in locũ tabernaculi admirabilis vsqꝫ ad domũ dei. In voce exultationis et confessionis: sonus epulantis. Quare tristis es anima mea: et quare con-

turbas me. Spera in deo: quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei et deus meus. Ad meipsum anima mea conturbata est: ppterea memor ero tui de terra iordanis et hermonii a mõte modico. Abyssus abyssũ inuocat: in voce catharactarũ tuarũ. Omnia excelsa tua & fluctus tui: super me transierũt. In die mandauit dñs misericordiã suam: et nocte canticum eius. Apud me oratio deo vite mee: dicam deo susceptor meus es. Quare oblitus es mei: & quare cõtristatus incedo dum affligit me inimicus. Dum confringũtur ossa mea: exprobrauerũt michi qui tribulãt me inimici mei. Dum dicũt michi per singulos dies: vbi est de⁹ tuus. Quare tristis es anima mea: et quare cõturbas me. Spera in deo: quoniam adhuc cõfitebor illi salutare vultus mei et deus meus.

antiph. Sitiuit anima mea ad deum viuum quando veniam et apparebo ante faciem domini.

℣. Requiẽ eternam. ℟. Et lux perpetua. lectio. vii.


Spiritus me⁹ attenuabitur: dies mei breuiabuntur: et solum michi superest sepulcrum. Nõ peccaui: et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me dñe et pone me iuxta te: et cuiusvis man⁹ pugnet cõtra me. Dies mei trãsierũt cogitationes mee dissipate sunt: torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem: & rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero infernus dom⁹ mea est: et in tenebris straui lectulũ meum. Putredini dixi. Pater meus es: ma-

ter mea et soror mea vermibus. Ubi est ergo nunc pre stolatio mea & patiētia mea: tu es dñe deus meus. R.




Pelli mee consumptis carnibus ¶ lectio. viii. adhesit os meū: et derelicta sunt tantūmodo labia circa dentes meos. Misereminí mei misereminí mei saltem vos amici mei: quia man⁹ dñi tetigit me Quare persequimini me sicut deus: et carnibus meis saturamini. Quis michi tribuat vt scribantur sermones mei. Quis michi det vt exarentur in libro stilo ferreo aut plumbi lamina vel celte sculpantur in silice. Scio enim q redemptor meus viuit: et in nouissimo die de terra surrecturus sum: et rursum circundabor


pelle mea: & in carne mea videbo deū saluatorē meū. Quē visurus sū egoipse: et oculi mei cōspecturi sunt: et nō alius. Reposita est hec spes mea in sinu meo. R.



Requiem e ter nā dona e is do



mi ne. Et lux perpetua lu ce



at e is. V. Qui la zarū resusci



tasti a monumento feti dum tu eis domine



do na re qui em. Et lux.

Quare de vulua eduxisti me? Qui vti- Lectio. ix. nam consumptus essem: ne oculus me videret fuissem quasi non essem de vtero trāslatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte ergo me dn̄e vt plangam paululū dolorem meum: anteq̄ vadam et non reuertar ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine. Terrā miserie et tenebrarum: vbi vmbra mortis et nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitās. Respōsoriū.

Libera me domine de morte eter

na in die illa tremenda. Quando

celi movendi sunt & terra. Dum ve

neris iudicare se

culum per ignem. V. Dies illa dies ire cala

mitatis et miserie dies magna et amara val

de. Quando celi. et dicitur usque ad. Dum vene. tantum. V. Quid er


go miserrimus quid dicam vel quid faciam dum



nil boni per ferã ante tan tũ iudicẽ. **Dñ̃ ve.** ℣.




Nunc xp̃e te peti m⁹ miserere q̃sumus qui venisti



redimere perditos noli dãnare redẽptos. Dñ̃ ve.

Deinde repetatur ℟m **Libera me domine.** quod per totum annum obseruetur quandocunq̃ corpus adest presens: et in anniuersariis et trigintalibus episcoporum et quattuor personarum principalium scilicet decani/cantoris/cancellarii et thesaurarii: et in die animarum tantum. ¶ In omnibus vero aliis vigiliis mortuorum in quibus dicitur predictum ℟: tunc finito vltimo versu nõ dicatur **Dum veneris:** sed statim reincipiatur ℟. **Libera me dñe.** et repetatur vsq̃ i finẽ. ¶ Quandocunq̃ corpus adest presens et in omnibus anniuersariis et trigintalibus et quãdo vltimo fit seruitiũ mortuorum ante pascha: ac etiam in die animarum: semper erit predictum ℟m. **Libera me dñe de morte.** vltimũ ꝟ semper dicitur cum tribus versibus supradictis nisi a die animarum tantum: tunc eñ dicetur cum his ℣. **Dies illa. Quando celi.** vt supra. ℣⁹.



Ardentes ani me flent sine fi ne flent sine fine

ambulantes per tene bras dicūtqꝫ singule ve ve

ve quāte sunt tenebre. Dū ve. ℣. Creator omni

um rerum deus qui me de limo ter re formasti et

mirabiliter sanguine proprio redemi sti corpusqꝫ

meum licet modo putre scat de sepulcro facias in

die iudicii resuscita ri ex audi exaudi me vt a-

nimā me am in sinu abrahe patriarche tu iube

as collo cari. Dū ve.


Deinde repetatur ℟. vt supradictū est. In oī vero .iiii. et .vi. fer. p annū qñcunqz fuerit vigil. mortuoꝝ cū .ix. psal. ⁊ .iii. lect. tm̄: tūc sit hoc tciū ℟. Libera me dñe de viis inferni. Qui portas ereas cōfregisti ⁊ visitasti ifernū et dedisti eis lumen vt viderēt te qui erāt in penis tenebraꝝ. ℣. Clamātes et dicētes aduenisti redēptor nr̄. Qui por. Nō repetat hoc ℟. deinde dicat sacerdos executor officii an̄ laud loco nec habitu mutato hūc ℣.

Requiescāt in pace. ℟. Amen.

Iste. ℣. p̄dictus dicatur semp ante laud supradicto mō nisi a die aiarū vsqz ad quartā feriā ante pascha. nā tunc nō sequūtur laudes cōtinue post Dirige. sicut ifra patebit. In laudibus antiphona

Miserere mei deus: secundū magnā misericordiā tuā. Et secūdū multitudinē miserationū Exultabūt. Amen. ps. tuaꝝ: dele iiqtatē meā. Amplius laua me ab iniqtate mea: et a pctō meo mūda me. Qm̄ iniqtatē meā ego agnosco: ⁊ pctm̄ meū ꝯtra me est sp. Tibi soli peccaui et malū corā te feci: vt iustificeris in sermonibꝫ tuis et vicas cū iudicaris. Ecce eni in iiqtatibꝫ cōcept' sū: ⁊ i pctis cōcepit me mater mea. Ecce eni vitatē dilexisti incerta ⁊ occulta sapiētie tue maifestasti michi. Asperges me dñe ysopo ⁊ mūdabor: lauabis me et sup niuē dealbabor. Auditui meo dabis gaudiū ⁊ leticiā: ⁊ exultabūt ossa huiliata. Auerte faciē tuā a pctis meis: et oēs iniqtates meas dele. Cor mūdū crea i me deus: ⁊ spiritū rectū innoua i visceribꝫ meis. Ne piicias me a facie tua: ⁊ spiritū sctm̄ tuū ne auferas a me. Redde michi leticiā salutaris tui: ⁊ spū principali ꝯfirma me


Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te cõuertẽtur. Libera me de sãguinibus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iusticiã tuã. Dñe labia mea aperies: et os meum annunciabit laudẽ tuam. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: vtique olocaustis nõ delectaberis. Sacrificiũ deo spũs cõtribulatus: cor cõtritũ et humiliatum deus non despicies. Benigne fac dñe in bona voluntate tua syon: vt edificentur muri hierusalem. Tunc acceptabis sacrificiũ iusticie oblationes et olocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. ã.



Exultabunt dño ossa humiliata. an. Exaudi domine

